Aliam, et eam quidem omissionis, culpam sustineret Zosimus, si, ut vulgo putatur, historiae suae eo quo nunc eam terminatam videmus anno finem imposuisset, et quae praecipue ab eo erant pertractandae posteriorum temporum res, non adverso aliquo fato ab opere instituto depulsus, sed consulto et sua sponte omisisset. verum ut in aliam abeamus sententiam et statuamus aut Zosimum seu morte seu alia qua sinistra fortuna impeditum fuisse quo minus historiam ultra annum 410 continuando excidium imperii eiusque causas explicaret, aut partem operis ab auctore ad finem perducti temporis iniuria intercidisse, id pluribus certissimisque rationibus monemur. aperte profitetur Zosimus suum consilium perducendi historiam ad suam aetatem, *) quae ab anno in quo historia eius nunc subsistit plus ferme quam sexaginta annorum spatio distat. porro desiderantur causae calamitatum quibus urgebantur Romani, et oracula quibus occasus imperii praedictus, quanquam in fine historiae utramque rem se afferre et docere velle pollicitus est. **) satis rationum est ad intelligendum iacturam Zosimum in postremis libris fecisse, cuius ipsius rei vestigia adhuc in mutila periodo ultima exstant. quamobrem etsi manifestum sit Euagrium et Photium non pleniorem Zosimi historiam quam nos habuisse, non illud in aliam sententiam adducere nos potest: illud modo inde intelligitur, istam

*) 4 59. **) 1 58, 4 23.

iniquam sortem historiae Zosimeae iam ante Euagrii aetatem contigisse: nam si absolutam eam suis numeris habuisset, plura ex eo in rem suam allaturus fuisset.

Amissa autem parte quae praecipua erat operis, in qua rebus exponendis cum copia et ornatu ingenium auctoris et ars nobilitari poterat, in libris qui supersunt, quattuor prioribus, virtutes eius exigendae sunt ad epitomatoris potius quam ad historici, quem vocant, pragmatici leges, nec ultra quicquam in iis requirendum quam quae in breviariis spectantur, rerum vera et accurata expositio et perspicua ac concinna oratio; quae quidem virtutes non modo eum non deficiunt, sed aliis insuper ornamentis, rerum delectu bono et iudicio idoneo sunt auctae. neque tamen omnino vitiorum illud genus vitavit quod breviantium esse solet. sunt enim nonnulla male omissa, alia perturbate ac confuse dicta, passim aliena intermixta, id quod in iis maxime locis accidit ubi in religionis suae superstitiones inciderat; *) temporum autem ratio rarissime notata est, interdum confusa. attamen vitia illa neque tanta sunt neque tam multa, praecipue in postremis libris, in quibus et orationis copiam maiorem et diligentiam curamque impensiorem deprehendere licet, ut iis virtutes eius obruantur; sed maior eius erit virtutum laus quam vitiorum reprehensio.

p. XXII

Cum in postremis libris, qui periere, locum, qui esse debuit historiae illustrissimus, de calamitatum et ruinae imperii Romani causis pertractaverit, non incommodum videtur istas causas ad excidium regni adeo efficaces, quantum licet, ex reliquis libris, ubi eas obiter attigit, eruere et hic subiicere, cum res sit et per se satis gravis et ad recentiorum hominum, qui iisdem causis investigandis vacarunt, iudicia comparanda utilis. **)

---

*) e. g. 4 6 et 18, 5 41.

**) Recte monuit v. cl. totam fere eam historiae partem, e qua maxime censenda erat Zosimi fides et auctoritas, sub finem libri interiisse. tradiderat in ea cum modum rationemque tum causas excidii imperii Romani, idque ita persecutus erat ut ad Polybii exemplum se componeret; quod quidem ipse Zosimus testatur lib. 1 c 1. cf. 1 57. iis tamen locis quae adhuc exstant, quoties causas excidii commemorat, non satis sibi constare videtur: nam illo loco id maxime sibi propositum habere videri vult, ut declaret fato omnes rerum humanarum inversiones fieri, fato quoque rem publicam Romanam ad exitium properasse; aliis locis (inpr. 2 7, 4 59, 5 38, 5 41) a contemptu sacrorum patriorum causas exitii repetit. nisi forte rem ita ex eius sensu expediendam putabimus, fatale rei publicae Romanae fuisse ut

Summma causarum quibus imperii exc...dium ac... scripsit

Originem malorum a mutata civitatis liberae forma repetendam esse primo loco censet. *) commisso imperio vasto, tot tantasque provincias populos maria terras complexo, unius hominis arbitrio, non potuit ille amplius, etiamsi administrationis habere curam vellet quam maxime, rebus rite gerendis par esse. quanta enim opus erat vigilantia et alacritate, ut provinciis tanto intervallo ac longinquitate dissitis ac remotis tempestive succurreret, quanta sagacitate in exquirendis iis quos pro magistratibus mitteret, quanta prudentia, iudicii vi, divina mente in innumeris rerum ac negotiorum generibus! cum autem plerique imperatores ab hac rerum administrandarum cura ad libidines et voluptates versis essent animis, omnia ea mala succedere necesse erat, quae imperium Romanum afflixisse notius est quam ut nunc declaratione nostra opus sit.

p. XXIII

Novus gravium malorum auctor exstitit Constantinus, qui institutis novis ac perniciosis maximum rei publicae intulit vulnus, non quidem praetorio exstincto, ut recentiorum nonnullis visum, itaque nec ulla aut laude aut reprehensione addita eam rem commemoravit Zosimus: **) verum eo Constantinus gravissime in rei publicae salutem peccavit et iudicante Zosimo cala-

---

sacris patriis desertis ad interitum rueret; ad contemptum sacrorum spectare, quod praedictiones varii generis, quibus hac de re monebantur homines, fuere spretae ac neglectae. qua quidem in re etsi nihil esse potest minus optabile quam praedici res, quarum eventus nullo modo evitare potest: quis enim non maius fore beneficium intelligat eius qui aut futura, si mutari nequeunt, omnino non manifestet, aut si futura aperit, quomodo tristia et acerba avertenda sint, insuper doceat? sed in hoc non magis homines sibi constant quam in tot aliis, quae ad gravissimos vitae humanae casus spectant. fatalis quoque necessitatis notionem habet parum constitutam: *ad Parcas* enim eam refert, *seu ad sidereorum motuum revolutiones*, *seu numinis voluntatem faventem iis quae pro virium nostrarum modulo et secundum ius et aequum suscipiuntur*; †) inde *constare* subiicit, *divina providentia res humanas administrari*; ††) quod quidem ad tertiam modo causam memoratam, *numinis voluntatem*, referri posse videtur. Heyn.

†) Ita fere accipimus verba obscura et partim corrupta, 1 1: ἢ θεοῦ βούλησιν τοῖς ἐφ' ἡμῖν μετὰ τοῦ δικαίου ἀκόλουθον οὖσαν.

††) Obscura vero et hic oratio: δόξαν — τοῦ θείᾳ τινὶ προνοίᾳ τὴν τῶν ἀνθρωπίνων ἐπιγεγράφθαι διοίκησιν. quod esset: *attributam esse, creditam esse, divinae providentiae*; quo sensu alias esset ἐπιτετράφθαι. sed suspicor fuisse scriptum ὑπογεγράφθαι, *delineatam*, *informatam*, *constitutam* esse rerum humanarum administrationem per divinam aliquam providentiam.

*) 1 5. **) 2 17.

mitatum deinceps omnium semina iecit, quod parum de imperii securitate sollicitus milites, quibus commissa finium cura erat, avocatos per mediterranearum provinciarum urbes dissipaverat.[1]) nam ista imperatoris imprudentia non modo barbaris liberiores per limites praesidio nudos excursiones erant, sed milites etiam urbium, quas custodia nulla egentes insidebant, deliciis et luxuriis fracti a disciplinae severitate desciscebant. militum corruptelis et licentiae Constantinus alio etiam instituto accessionem attulit, cum numero praefectorum praetorii aucto et potestate rerum et civilium et militarium, quae antea copulata in unius magistratus manu fuerat, inter plures divisa et imminuta, insuper praefectis praetorio in milites ius ac potestatem ademit. nam eo factum est ut milites reformidantes antea praefectos, quod hi stipendio non dato punire eos ac coercere poterant, posito metu solute et licenter agerent.[2]) sicuti autem Constantinus afflicta re militari in summum rem publicam adduxerat periculum, ita tributis gravibus et ad omnium ordinum omnisque sexus molestiam inventis vexare provincias coepit, quae fisci licentia, exactionum acerbitate, magistratuum avaritia opibus
p. XXIV exinanitae ad extremam inopiam redactae sunt.[3]) addit his Zosimus tandem hoc quoque, quod imperator deserendo sacra maiorum, per quae, ut Zosimus ex paganorum superstitione sentit, salus et fortuna imperii per tot saecula steterat,[4]) adoptandoque Christianorum religionem, *ἄλογον συγκατάθεσιν*,[5]) deorum tutelam a Romanis abalienavit.[6]) omissa nunc aut impugnatione aut excusatione huius opinionis, id tantum monere liceat, Zosimum, etsi non omnino, quae ex religionis novae, qualis tum erat, adscitae pravis institutis ad Romanos redundasse mala recentiorum nonnullis videntur, animadversa habuerit, instituta tamen monachorum, ut rei publicae exitiosa et neque ad militiam neque ad aliam rem utilia, ad homines vero opibus pietatis specie spoliandos egregie inventa improbare et reprehendere.[7]) quod vero vulgo credunt, religionis Christianae praecepta valuisse ad debilitandos militum animos virtutemque

---

1) 2 34. 2) 2 33. 3) 2 38. 4) 2 7 et 29. 5) 4 59. 6) cf. 4 33 et 37. 7) 5 23, ubi praeclare ait Zosimus *monachos sub praetextu, quasi cum pauperibus sua omnia communicarent, omnes ad paupertatem et inopiam redigere.*

bellicam frangendam, id Zosimus diserte quidem et satis dilucide nusquam dixit, tamen obscure illud quibusdam in locis significatum ire videtur: [1]) quam vero exitiosum rei militari interdictum illud fuerit quo exclusi sacrorum cultores patriorum a militia erant, [2]) verbis ab eo minus ambiguis declaratur.

Disseminatis ita per Constantinum malorum causis, postquam bellica virtus et rei militaris cura, quae in Iuliano et Valentiniano erat, [3]) vulnus inflictum imperio aliquantum lenierant averterantque ad tempus mali clam serpentis vim et exitum, Theodosius, Romanorum primum virtute sua sospitator, pravis perniciosisque deinde in re militari institutis, luxuriosa vita et, quemadmodum Zosimus opinatur, religionis maiorum odio et Christianae studio, [4]) eversor imperii factus est. peccatum in p. xxv
militia, quod magistros militum creavit quinos, et ceteros qui copiis praeessent, praefectos alarum, duces turmarum et tribunos numero plus quam duplo auxit, quo factum est ut eorum avaritia magnopere vexarentur milites, fraude subtractis iis quae ex fisco praebebantur. [5]) res autem maxime rei militari exitiosa fuit barbarorum ingens multitudo, quam Theodosius longe numerosissimam alere atque legionum adscribere numeris instituit. tanta fuit eorum multitudo ut Romanis numero paucioribus iniicere metum et rei publicae tranquillitatem turbare facile possent. [6]) militantes apud Romanos barbari, aut ex captivis aut ex hostibus adsciti, corrupti insuper annona ac muneribus, quibus donabantur supra milites reliquos, solutiores insolentioresque erant; [7]) praeterea habiti sunt adeo negligenter ut, militum descriptione nulla facta, iis redeundi ad suos et, si ipsis militiam facere displiceret, alios suo loco mittendi copia fieret. [8]) barbari isti nulli disciplinae assueti, insolentissimi, seditiosi [9]) ac dissidentes a Romanis, [10]) non verebantur cum popularibus agros colentibus Romanos conspirare, [11]) et ubi nacti in regia summos honores essent, Romanis, quibus se praestare virtute cernebant, despectis tumultus ac turbas ciere. [12]) itaque huiusmodi hominibus, qui Romanis non praesidio sed detrimento erant

---

1) 3 3 ibi not. 2) 5 46. 3) 3 3, 6 3, 4 3. 4) 4 59. 5) 4 27. 6) 4 30. 7) 4 39 34 40 33. 8) 4 31. 9) 4 30 33 39 56. 10) cf. 5 34. 11) 4 26 et 31. 12) 4 54 et 56.

eorumque avidissime inhiabant opibus, ad copiarum, quae auspicante Theodosio regnum admodum imminutae fuerant, [1]) augendum numerum receptis, atque commissa iis imperii custodia, facile praevideri poterat ad ultimum discrimen adductum imperium iri, cum primum imperatores rem publicam capessivissent quibus ad coercendam barbarorum insolentiam virtus
p. XXVI deesset. et tales imperatores imperium nactum est filios Theodosii, eius successores. tandem idem imperator gravis in cives molesta exactione pensionum esse, et quae reliqua provinciis barbarorum praedatio fecerat, spoliare sibi coepit, [2]) ut non modo barbaris imperii custodibus stipendia praebere, [3]) sed indulgere etiam voluptatibus, quibus diffluebat, posset. sumptus enim faciebat immodicos in mensam, cui inserviebant coquorum ac pocillatorum turbae, [4]) et in theatri spectacula obscena, [5]) eademque luxuriei alios gliscente peste infecit. provinciae tributis impositis summaque severitate exactis, [6]) iure venali, [7]) magistratibusque avaris commissae, [8]) opibus virisque exhaustae tam miserabili condicione erant, ut aliis in locis solitudo facta esset, aliis homines non tam viverent quam spiritum ducerent, quibus vita intolerabilis (*βίος ἀβίωτος*) esse videretur. [9])

Succedentibus tandem parenti Arcadio et Honorio, stupidis ac stolidis hominibus, ruina imperii celerrime approperata est. ea erat hominum, quorum tutelae utriusque imperii domini commissi erant, aviditas et rapacitas, ut locupletum domus expilarentur, [10]) et provinciae oppidaque exinanita pecunia, cuius inopia et Romam ipsam tenuit maxima, [11]) destituerentur habitatoribus, qui barbaros pro liberatoribus potius quam hostibus ducebant. [12]) viribus igitur imperii ita accisis ut non suppeteret pecunia qua aut barbaros, si incursionum ab eis periculum esset, delinire, aut milites, quibus eorum impetus coerceretur, alere possent, provincias orientales primum barbari adorti sunt, cum interea intestinis odiis discordiis flagitiis conflagrarent omnia; et prope erat res ut rebellione Gainae et Tribigildi, qui duces

1) 4 29. 2) 4 29. 3) 4 59. 4) 4 28 et 50. 5) 4 33 et 50, 5 7 et 25. cf. 4 33. 6) 4 41 et 32. 7) 4 50 et 40 et 52. 8) 4 23 et 37 et 40. 9) 4 29. 10) 5 12 et 1. cf. 5 5 et 25. 11) 5 4. 12) 4 29, 2 38.

barbarorum erant, tanquam uno ictu omnia corruerent. [1]) su- p. xxvii
stentabat interim Stilicho, quem ultimum imperii columen habebant Romani, labantes provinciarum ad occasum res, [2]) donec eo sublato extrinsecus illata vis rem Romanam penitus pessumdedit. Alarichus enim in provincias Romanorum effusus cum ingentem multitudinem tam barbarorum quam servorum, quae ad eum confugerant, in fidem recepisset eisque suum robur firmasset, [3]) Romanos consilio prudenti destitutos, et praesidium neque in fide barbarorum [4]) neque in ducum suae gentis virtute [5]) habentes, ita afflixit ut, exstincto ferme nomine Romano, provinciae extra Italiam fere omnes aut vastitie deletae aut barbarorum dicionis factae essent.

In his calamitatibus imperii Romani causisque et origine earum explicandis cum Zosimus satis sollerter et cum laude versatus sit, id tamen miramur, quod Alarichi primum in Italiam descensum plane omisit, et Alanorum Vandalorum et Suevorum in Galliam irruptionem obiter tantum attigit, [6]) cum tamen utraque calamitas ad excidium imperii efficacissima exstiterit. quae obsidionem Romae secundam seu tertiam, cuius noster in fine historiae mentionem facit, exceperunt mala et ultima Italiae clades, quamdiu ibi imperatoriae dignitatis umbra exstitit, ea in Zosimi historia fortunae iniquitate desiderantur, quo efficitur ut calamitatum imperii expositio haud ad finem perducta sit. tandem orbis Romani haec fuit Zosimi aetate facies ac fortuna. omnia a barbaris tenebantur; pleraeque ab iis provinciae erant occupatae, ceterae aut sui iuris factae aut agris oppidisque vastatis desertae, adeo ut urbes aliae ita a fundamentis excisae essent ut vestigia vix hominum oculis cognosci possent, aliae haberent incolas, sed raros egenos et ad extremam miseriam
redactos. [7]) ingeniorum, quorum quasi segete olim res huma- p. xxviii
nae viguerant, sterilitas invaluerat maxima, [8]) et virtus bellica [9]) ac literae, [10]) quibus florebant olim Romani, penitus eos destituerant.

---

1) 5 13—23. 2) 5 34. 3) 5 42. 4) 6 9. 5) 5 36. 6) 6 3. 7) 3 7, 4 59, 3 32, 2 38 et 34. 8) 1 1. 9) 5 41. 10) 5 24.

Fides Zosimi. In pervestigandis et explicandis rerum Romanarum ad ruinam vergentium causis quanta fuerit Zosimi sagacitas, cum satis ex his manifestum sit, iam fore speramus ut ad existimationem suam aequiores nanciscatur arbitros. hos quo minus inter superiorum temporum homines habuerit, partim fides eius suspecta partim religionis ratio in causa fuit; quo factum est ut criminationis potius quam laudis fama celebre nomen ipsius in ore hominum ferretur. ad fidem igitur Zosimi explorandam cum disquisitionis nostrae cursus procedat, videndum est, illa qualia sint, quae animum eius occaecare ita potuerint ut res falsas et erroneas traderet; qua quidem via intelligi poterit non modo qualis in eo sit malae fidei labes, sed etiam quibus in rebus quibusve locis potissimum falsa tradiderit; denique, probatione tanquam in trutina facta, perspici poterit quaenam sint ea in quibus auctoritas eius et utilitas integra et nulli suspicioni obnoxia maneat. laudamus et probamus scriptorem, qui quando non suae sed superioris aetatis historiam enarraturus est, auctores sequitur bonos, aetate proximos aut aequales, et in rebus explicandis copiose scite et cum fide versatos, qui porro eorum talem usum facit ut res conquisitas, iudicio subtiliter facto, accurate transferat et in suum usum vertat, ita ut praeiudicio mentis nullo, quod a veri sensu abducere possit, ad historiam conscribendam accedat, qui tandem nec studio nec odio alienatus a veritatis praeceptis recedat. quatenus in hunc censum Zosimus referendus sit, in sequentibus apparebit, ubi eum ad singulas historici diligentis ac fide digni virtutes exegerimus.

Primum a scriptorum, quos secutus est, auctoritate vix aliqua adversus eum criminationis causa arcessi potest, quandoqui-
p. XXIX dem Dexippus Eunapius et Olympiodorus, quorum auctoritatem Zosimus secutus est, partim dignitate partim doctrina conspicui et graves fuerunt scriptores. scripserunt suae quisque aetatis historiam et res quae ipsis maxime ante oculos erant; narrationis genere non compendiario et epitomatoribus solenni usi sunt, sed res diserte et accurate exposuerunt, quamvis a concinnitate parum commendata esset oratio. laudes istae etsi praecipue ad Dexippum et Olympiodorum pertinent, quorum fides nulla, ne ob religionem quidem paganam, suspicione afflicta fuit inter veteres, Eunapio tamen, qui diversum ab illis vitae genus secutus

literis operam dederat, auctoritas debetur haud minima, vel invito Photio, qui fidem ei ut sugillanti Christianos abrogat. nam indicio suo, quo fidem eius evertere Photius studet, non modo firmamentum ullum non adiunxit, verum etiam satis dilucide prae se fert invidiam, qua istorum temporum Christiani homines incensi non verebantur, quicquid in paganis laude dignum esset, elevare, eosque, si de rebus Christianorum severius iudicare ausi essent, exagitare ut calumniatores et conviciis lacerare. ceterum Eunapius non suae modo aetatis res erat persecutus, sed ad saeculi fere spatium regressus historiae suae primordium a regno Claudii secundi fecerat, quo Dexippus, aequalis eius, suo operi finem imposuerat. fuisse Eunapio in ea operis parte, qua res suam aetatem antegressas exposuerat, auctores haud contemnendos rerumque et civilium et militarium haud imperitos, vel ex Zosimi breviario, quod ex Eunapio confectum est, intelligere licet; praeterea nonnullas res, ut vel ipse in Vitis Sophistarum innuere videtur, a philosophis Maximo et Prisco, qui ut praeceptores Iuliani summa eius familiaritate usi, eiusque expeditionibus consuetudinis habendae causa ab eo ducti interfuerant, tradita acceperat. quodsi Eunapii non eadem fides et auctoritas fuit quae Dexippi et Olympiodori, Zosimi etiam hactenus pro diversitate fontium, unde hausit, non una eademque erit auctoritas, poteritque de ea iudicium fieri inprimis in libri primi qua- p. xxx
draginta capitibus prioribus, inde ad libri quinti caput vicesimum fere sextum, et in postrema parte historiae. in priore enim loco, quod satis constat, Zosimus secutus est Dexippi Synopsin historicam, in altero, qui maiorem operis partem constituit, Eunapii Chronicon, in ultimo Olympiodori Silvam. *)

Ex scriptorum itaque, quos nominavimus, auctoritate pendet Zosimi fides. interea tamen ille etiam sua quaedam attulisse videri debet sibique propria. non enim e genere epitomatorum et breviatorum habendus est, qui, servili opera scriptoribus in compendium modo redigendis addicta, neque fidem eorum neque vestigia relinquunt. occupat quasi medium inter utrumque historicorum, qui proprie eo nomine appellantur, et abbreviatorum genus locum Zosimus, ut non modo suum consilium et propriam

*) Copiosius de ea re egi in Biblioth. Philolog. t. 2 1780 p. 225 seqq.

quod Christianorum hominum ea tempestate infecerat animos, ut falsissima quaeque traderent, alia vera occultarent. enimvero altera ex parte suspicari licet ad nimiam gentilium laudationem eum proclivem et in exponendis Christianorum rebus iniquiorem fuisse, animo quoque tum ipsa religione contactum, tum rerum in quibus exponendis versabatur atrocitate aliquam acerbitatem fuisse iniectam, ita ut reprehensionum, quibus calamitatis publicae auctores, Christianae religionis cultores, sectaretur, acrimonia in iniquitatis suspicionem incideret, et sugillatoris potius quam historici candidi munus gessisse videretur.

Consilium auctoris. Scribendi interitum rei Romanae aperiendique calamitatum causas consilium ex Polybii, qui eandem florentem et rerum incrementis auctam explicaverat, *) imitatione initum, ac pro cultu literarum aetatis Zosimeae, quae longe iam desciverat a vera et ingenua ratione historias scribendi, satis laudabile et Polybio
p. xx dignum videtur. in argumento tamen suo pertractando Zosimus non ita versatus est, ut eius ad cuius imitationem consilium et studium direxerat virtutes, sagacitatem et sollertiam inveniendi rerum causas quidque exinde sequatur videndi, et orationis ubertatem aequaret aut proxime accederet. ordine tamen rerum enarrandarum satis apto ad suum consilium usus est. antequam enim ea attingat tempora quibus res Romana in peius vergere ac labare coepit, et quae scribendo persequi ipsi maxime propositum erat, altius repetita calamitatum origine ad Augusti regnum redit, et quid rebus Romanis mutata ab eo imperii forma invectum sit incommodi, aperire et illustrare studet. cum autem orbis Romani antiquam faciem ac condicionem legentibus cognitam et perspectam esse vellet, ita commode moderatus est institutum suum, ut quo magis ad postrema tempora progrederetur, eo copiosius res exponeret. quare brevissime explicata est annorum fere trecentorum historia, libro primo comprehensa, copiosius aliquantum posteriores res, quae secundo tertio et quarto libro continentur et vix saeculi spatium complent, res Constantini et deinceps ad Theodosium usque imperatorum. quibus quasi praefaminis loco praemissis cum accessum sibi ad argumentum suum praestruxisset, oratione iam latissime fusa et impensiori

*) 1 59. cf. 3 32, 4 59.

aliquo studio, quae Arcadio et Honorio imperantibus urgere Romanos eorumque rem publicam evertere coeperunt mala, enarrare pergit. ea etsi satis praeclare et cum laude peracta sunt, id tamen reprehensione haud caret, quod Zosimus ultra imperatoris primum rei publicae impositi tempora retro exspatiatus ea quoque attingit quae gentis adeo Romanae origines anteverterunt, quodque exponit quae apud Persas Graecos et Macedones principatus vicissitudines fuerint. qua in re, etsi ad imitationem Polybii ea a Zosimo adumbrata sunt, iudicium tamen hominis desideres: nam aliena erant ab instituto, quod ad casum et excidium imperii Romani spectabat. quod autem magis ad rem faciebat, ut quemadmodum Polybius incrementorum, ita ipse occasus rerum comparationem institueret, id, quamvis monere p. XXI eum argumenti ratio potuisset, non animadvertisse videtur.

Aliam, et eam quidem omissionis, culpam sustineret Zosimus, si, ut vulgo putatur, historiae suae eo quo nunc eam terminatam videmus anno finem imposuisset, et quae praecipue ab eo erant pertractandae posteriorum temporum res, non adverso aliquo fato ab opere instituto depulsus, sed consulto et sua sponte omisisset. verum ut in aliam abeamus sententiam et statuamus aut Zosimum seu morte seu alia qua sinistra fortuna impeditum fuisse quo minus historiam ultra annum 410 continuando excidium imperii eiusque causas explicaret, aut partem operis ab auctore ad finem perducti temporis iniuria intercidisse, id pluribus certissimisque rationibus monemur. aperte profitetur Zosimus suum consilium perducendi historiam ad suam aetatem, *) quae ab anno in quo historia eius nunc subsistit plus ferme quam sexaginta annorum spatio distat. porro desiderantur causae calamitatum quibus urgebantur Romani, et oracula quibus occasus imperii praedictus, quanquam in fine historiae utramque rem se afferre et docere velle pollicitus est. **) satis rationum est ad intelligendum iacturam Zosimum in postremis libris fecisse, cuius ipsius rei vestigia adhuc in mutila periodo ultima exstant. quamobrem etsi manifestum sit Euagrium et Photium non pleniorem Zosimi historiam quam nos habuisse, non illud in aliam sententiam adducere nos potest: illud modo inde intelligitur, istam

*) 4 59. **) 1 58, 4 28.

iniquam sortem historiae Zosimeae iam ante Euagrii aetatem contigisse: nam si absolutam eam suis numeris habuisset, plura ex eo in rem suam allaturus fuisset.

Amissa autem parte quae praecipua erat operis, in qua rebus exponendis cum copia et ornatu ingenium auctoris et ars nobilitari poterat, in libris qui supersunt, quattuor prioribus, vir-
p. XXII tutes eius exigendae sunt ad epitomatoris potius quam ad historici, quem vocant, pragmatici leges, nec ultra quicquam in iis requirendum quam quae in breviariis spectantur, rerum vera et accurata expositio et perspicua ac concinna oratio; quae quidem virtutes non modo eum non deficiunt, sed aliis insuper ornamentis, rerum delectu bono et iudicio idoneo sunt auctae. neque tamen omnino vitiorum illud genus vitavit quod breviantium esse solet. sunt enim nonnulla male omissa, alia perturbate ac confuse dicta, passim aliena intermixta, id quod in iis maxime locis accidit ubi in religionis suae superstitiones inciderat; *) temporum autem ratio rarissime notata est, interdum confusa. attamen vitia illa neque tanta sunt neque tam multa, praecipue in postremis libris, in quibus et orationis copiam maiorem et diligentiam curamque impensiorem deprehendere licet, ut iis virtutes eius obruantur; sed maior eius erit virtutum laus quam vitiorum reprehensio.

Cum in postremis libris, qui periere, locum, qui esse debuit historiae illustrissimus, de calamitatum et ruinae imperii Romani causis pertractaverit, non incommodum videtur istas causas ad excidium regni adeo efficaces, quantum licet, ex reliquis libris, ubi eas obiter attigit, eruere et hic subiicere, cum res sit et per se satis gravis et ad recentiorum hominum, qui iisdem causis investigandis vacarunt, iudicia comparanda utilis. **)

---

*) e. g. 4 6 et 18, 5 41.

**) Recte monuit v. cl. totam fere eam historiae partem, e qua maxime censenda erat Zosimi fides et auctoritas, sub finem libri interiisse. tradiderat in ea cum modum rationemque tum causas excidii imperii Romani, idque ita persecutus erat ut ad Polybii exemplum se componeret; quod quidem ipse Zosimus testatur lib. 1 c 1. cf. 1 57. iis tamen locis quae adhuc exstant, quoties causas excidii commemorat, non satis sibi constare videtur: nam illo loco id maxime sibi propositum habere videri vult, ut declaret fato omnes rerum humanarum inversiones fieri, fato quoque rem publicam Romanam ad exitium properasse; aliis locis (inpr. 2 7, 4 59, 5 38, 5 41) a contemptu sacrorum patriorum causas exitii repetit. nisi forte rem ita ex eius sensu expediendam putabimus, fatale rei publicae Romanae fuisse ut

Summa causarun quibus in perii exc dium ac scripsit

Originem malorum a mutata civitatis liberae forma repetendam esse primo loco censet. *) commisso imperio vasto, tot tantasque provincias populos maria terras complexo, unius hominis arbitrio, non potuit ille amplius, etiamsi administrationis habere curam vellet quam maxime, rebus rite gerendis par esse. quanta enim opus erat vigilantia et alacritate, ut provinciis tanto intervallo ac longinquitate dissitis ac remotis tempestive succurreret, quanta sagacitate in exquirendis iis quos pro magistratibus p. XXIII
mitteret, quanta prudentia, iudicii vi, divina mente in innumeris rerum ac negotiorum generibus! cum autem plerique imperatores ab hac rerum administrandarum cura ad libidines et voluptates versis essent animis, omnia ea mala succedere necesse erat, quae imperium Romanum afflixisse notius est quam ut nunc declaratione nostra opus sit.

Novus gravium malorum auctor exstitit Constantinus, qui institutis novis ac perniciosis maximum rei publicae intulit vulnus, non quidem praetorio exstincto, ut recentiorum nonnullis visum, itaque nec ulla aut laude aut reprehensione addita eam rem commemoravit *Zosimus*: **) verum eo Constantinus gravissime in rei publicae salutem peccavit et indicante *Zosimo* cala-

---

sacris patriis desertis ad interitum rueret; ad contemptum sacrorum spectare, quod praedictiones varii generis, quibus hac de re monebantur homines, fuere spretae ac neglectae. qua quidem in re etsi nihil esse potest minus optabile quam praedici res, quarum eventus nullo modo evitare potest: quis enim non maius fore beneficium intelligat eius qui aut futura, si mutari nequeunt, omnino non manifestet, aut si futura aperit, quomodo tristia et acerba avertenda sint, insuper doceat? sed in hoc non magis homines sibi constant quam in tot aliis, quae ad gravissimos vitae humanae casus spectant. fatalis quoque necessitatis notionem habet parum constitutam: *ad Parcas* enim eam refert, *seu ad sidereorum motuum revolutiones, seu numinis voluntatem faventem iis quae pro virium nostrarum modulo et secundum ius et aequum suscipiuntur;* †) inde *constare* subiicit, *divina providentia res humanas administrari;* ††) quod quidem ad tertiam modo causam memoratam, *numinis voluntatem*, referri posse videtur. HEYN.

†) Ita fere accipimus verba obscura et partim corrupta, 1 1: *ἢ θεοῦ βούλησιν τοῖς ἐφ' ἡμῖν μετὰ τοῦ δικαίου ἀκόλουθον οὖσαν.*

††) Obscura vero et hic oratio: *δόξαν — τοῦ θείᾳ τινὶ προνοίᾳ τὴν τῶν ἀνθρωπίνων ἐπιγεγράφθαι διοίκησιν.* quod esset: *attributam esse, creditam esse, divinae providentiae;* quo sensu alias esset *ἐπιτετράφθαι*. sed suspicor fuisse scriptum *ὑπογεγράφθαι*, *delineatam*, *informatam*, *constitutam* esse rerum humanarum administrationem per divinam aliquam providentiam.

*) 1 5. **) 2 17.

mitatum deinceps omnium semina iecit, quod parum de imperii securitate sollicitus milites, quibus commissa finium cura erat, avocatos per mediterranearum provinciarum urbes dissipaverat. [1]) nam ista imperatoris imprudentia non modo barbaris liberiores per limites praesidio nudos excursiones erant, sed milites etiam urbium, quas custodia nulla egentes insidebant, deliciis et luxuriis fracti a disciplinae severitate desciscebant. militum corruptelis et licentiae Constantinus alio etiam instituto accessionem attulit, cum numero praefectorum praetorii aucto et potestate rerum et civilium et militarium, quae antea copulata in unius magistratus manu fuerat, inter plures divisa et imminuta, insuper praefectis praetorio in milites ius ac potestatem ademit. nam eo factum est ut milites reformidantes antea praefectos, quod hi stipendio non dato punire eos ac coercere poterant, posito metu solute et licenter agerent. [2]) sicuti autem Constantinus afflicta re militari in summum rem publicam adduxerat periculum, ita tributis gravibus et ad omnium ordinum omnisque sexus molestiam inventis vexare provincias coepit, quae fisci licentia, exactionum acerbitate, magistratuum avaritia opibus
p. xxiv exinanitae ad extremam inopiam redactae sunt. [3]) addit his Zosimus tandem hoc quoque, quod imperator deserendo sacra maiorum, per quae, ut Zosimus ex paganorum superstitione sentit, salus et fortuna imperii per tot saecula steterat, [4]) adoptandoque Christianorum religionem, *ἄλογον συγκατάθεσιν*, [5]) deorum tutelam a Romanis abalienavit. [6]) omissa nunc aut impugnatione aut excusatione huius opinionis, id tantum monere liceat, Zosimum, etsi non omnino, quae ex religionis novae, qualis tum erat, adscitae pravis institutis ad Romanos redundasse mala recentiorum nonnullis videntur, animadversa habuerit, instituta tamen monachorum, ut rei publicae exitiosa et neque ad militiam neque ad aliam rem utilia, ad homines vero opibus pietatis specie spoliandos egregie inventa improbare et reprehendere. [7]) quod vero vulgo credunt, religionis Christianae praecepta valuisse ad debilitandos militum animos virtutemque

---

1) 2 34. 2) 2 33. 3) 2 38. 4) 2 7 et 29. 5) 4 59. 6) cf. 4 33 et 37. 7) 5 23, ubi praeclare ait Zosimus *monachos sub practextu, quasi cum pauperibus sua omnia communicarent, omnes ad paupertatem et inopiam redigere.*

bellicam frangendam, id Zosimus diserte quidem et satis dilucide nusquam dixit, tamen obscure illud quibusdam in locis significatum ire videtur: [1]) quam vero exitiosum rei militari interdictum illud fuerit quo exclusi sacrorum cultores patriorum a militia erant, [2]) verbis ab eo minus ambiguis declaratur.

Disseminatis ita per Constantinum malorum causis, postquam bellica virtus et rei militaris cura, quae in Iuliano et Valentiniano erat, [3]) vulnus inflictum imperio aliquantum lenierant averterantque ad tempus mali clam serpentis vim et exitum, Theodosius, Romanorum primum virtute sua sospitator, pravis perniciosisque deinde in re militari institutis, luxuriosa vita et, quemadmodum Zosimus opinatur, religionis maiorum odio et Christianae studio, [4]) eversor imperii factus est. peccatum in p. xxv militia, quod magistros militum creavit quinos, et ceteros qui copiis praeessent, praefectos alarum, duces turmarum et tribunos numero plus quam duplo auxit, quo factum est ut eorum avaritia magnopere vexarentur milites, fraude subtractis iis quae ex fisco praebebantur. [5]) res autem maxime rei militari exitiosa fuit barbarorum ingens multitudo, quam Theodosius longe numerosissimam alere atque legionum adscribere numeris instituit. tanta fuit eorum multitudo ut Romanis numero paucioribus iniicere metum et rei publicae tranquillitatem turbare facile possent. [6]) militantes apud Romanos barbari, aut ex captivis aut ex hostibus adsciti, corrupti insuper annona ac muneribus, quibus donabantur supra milites reliquos, solutiores insolentioresque erant; [7]) praeterea habiti sunt adeo negligenter ut, militum descriptione nulla facta, iis redeundi ad suos et, si ipsis militiam facere displiceret, alios suo loco mittendi copia fieret. [8]) barbari isti nulli disciplinae assueti, insolentissimi, seditiosi [9]) ac dissidentes a Romanis, [10]) non verebantur cum popularibus agros colentibus Romanos conspirare, [11]) et ubi nacti in regia summos honores essent, Romanis, quibus se praestare virtute cernebant, despectis tumultus ac turbas ciere. [12]) itaque huiusmodi hominibus, qui Romanis non praesidio sed detrimento erant

1) 3 3 ibi not. 2) 5 46. 3) 3 3, 6 3, 4 3. 4) 4 59. 5) 4 27. 6) 4 30. 7) 4 39 34 40 33. 8) 4 31. 9) 4 30 33 39 56. 10) cf. 5 34. 11) 4 26 et 31. 12) 4 54 et 56.

eorumque avidissime inhiabant opibus, ad copiarum, quae auspicante Theodosio regnum admodum imminutae fuerant,[1]) augendum numerum receptis, atque commissa iis imperii custodia, facile praevideri poterat ad ultimum discrimen adductum imperium iri, cum primum imperatores rem publicam capessivissent quibus ad coercendam barbarorum insolentiam virtus
p. XXVI deesset. et tales imperatores imperium nactum est filios Theodosii, eius successores. tandem idem imperator gravis in cives molesta exactione pensionum esse, et quae reliqua provinciis barbarorum praedatio fecerat, spoliare sibi coepit,[2]) ut non modo barbaris imperii custodibus stipendia praebere,[3]) sed indulgere etiam voluptatibus, quibus diffluebat, posset. sumptus enim faciebat immodicos in mensam, cui inserviebant coquorum ac pocillatorum turbae,[4]) et in theatri spectacula obscena,[5]) eademque luxuriei alios gliscente peste infecit. provinciae tributis impositis summaque severitate exactis,[6]) iure venali,[7]) magistratibusque avaris commissae,[8]) opibus virisque exhaustae tam miserabili condicione erant, ut aliis in locis solitudo facta esset, aliis homines non tam viverent quam spiritum ducerent, quibus vita intolerabilis (*βίος ἀβίωτος*) esse videretur.[9])

Succedentibus tandem parenti Arcadio et Honorio, stupidis ac stolidis hominibus, ruina imperii celerrime approperata est. ea erat hominum, quorum tutelae utriusque imperii domini commissi erant, aviditas et rapacitas, ut locupletum domus expilarentur,[10]) et provinciae oppidaque exinanita pecunia, cuius inopia et Romam ipsam tenuit maxima,[11]) destituerentur habitatoribus, qui barbaros pro liberatoribus potius quam hostibus ducebant.[12]) viribus igitur imperii ita accisis ut non suppeteret pecunia qua aut barbaros, si incursionum ab eis periculum esset, delinire, aut milites, quibus eorum impetus coerceretur, alere possent, provincias orientales primum barbari adorti sunt, cum interea intestinis odiis discordiis flagitiis conflagrarent omnia; et prope erat res ut rebellione Gainae et Tribigildi, qui duces

---

1) 4 29. 2) 4 29. 3) 4 59. 4) 4 28 et 50. 5) 4 33 et 50, 5 7 et 25. cf. 4 33. 6) 4 41 et 32. 7) 4 50 et 40 et 52. 8) 4 23 et 37 et 40. 9) 4 29. 10) 5 12 et 1. cf. 5 5 et 25. 11) 5 4. 12) 4 29, 2 38.

barbarorum erant, tanquam uno ictu omnia corruerent. 1) su- p. XXVII
stentabat interim Stilicho, quem ultimum imperii columen habebant Romani, labantes provinciarum ad occasum res, 2) donec eo sublato extrinsecus illata vis rem Romanam penitus pessumdedit. Alarichus enim in provincias Romanorum effusus cum ingentem multitudinem tam barbarorum quam servorum, quae ad eum confugerant, in fidem recepisset eisque suum robur firmasset, 3) Romanos consilio prudenti destitutos, et praesidium neque in fide barbarorum 4) neque in ducum suae gentis virtute 5) habentes, ita afflixit ut, exstincto ferme nomine Romano, provinciae extra Italiam fere omnes aut vastitie deletae aut barbarorum dicionis factae essent.

In his calamitatibus imperii Romani causisque et origine earum explicandis cum Zosimus satis sollerter et cum laude versatus sit, id tamen miramur, quod Alarichi primum in Italiam descensum plane omisit, et Alanorum Vandalorum et Suevorum in Galliam irruptionem obiter tantum attigit, 6) cum tamen utraque calamitas ad excidium imperii efficacissima exstiterit. quae obsidionem Romae secundam seu tertiam, cuius noster in fine historiae mentionem facit, exceperunt mala et ultima Italiae clades, quamdiu ibi imperatoriae dignitatis umbra exstitit, ea in Zosimi historia fortunae iniquitate desiderantur, quo efficitur ut calamitatum imperii expositio haud ad finem perducta sit. tandem orbis Romani haec fuit Zosimi aetate facies ac fortuna. omnia a barbaris tenebantur; pleraeque ab iis provinciae erant occupatae, ceterae aut sui iuris factae aut agris oppidisque vastatis desertae, adeo ut urbes aliae ita a fundamentis excisae essent ut vestigia vix hominum oculis cognosci possent, aliae haberent incolas, sed raros egenos et ad extremam miseriam
redactos. 7) ingeniorum, quorum quasi segete olim res huma- p. XXVIII
nae viguerant, sterilitas invaluerat maxima, 8) et virtus bellica 9) ac literae, 10) quibus florebant olim Romani, penitus eos destituerant.

---

1) 5 13—23. 2) 5 34. 3) 5 42. 4) 6 9. 5) 5 36. 6) 6 3. 7) 3 7, 4 59, 3 32, 2 38 et 34. 8) 1 1. 9) 5 41. 10) 5 24.

Fides Zosimi. In pervestigandis et explicandis rerum Romanarum ad ruinam vergentium causis quanta fuerit Zosimi sagacitas, cum satis ex his manifestum sit, iam fore speramus ut ad existimationem suam aequiores nanciscatur arbitros. hos quo minus inter superiorum temporum homines habuerit, partim fides eius suspecta partim religionis ratio in causa fuit; quo factum est ut criminationis potius quam laudis fama celebre nomen ipsius in ore hominum ferretur. ad fidem igitur Zosimi explorandam cum disquisitionis nostrae cursus procedat, videndum est, illa qualia sint, quae animum eius occaecare ita potuerint ut res falsas et erroneas traderet; qua quidem via intelligi poterit non modo qualis in eo sit malae fidei labes, sed etiam quibus in rebus quibusve locis potissimum falsa tradiderit; denique, probatione tanquam in trutina facta, perspici poterit quaenam sint ea in quibus auctoritas eius et utilitas integra et nulli suspicioni obnoxia maneat. laudamus et probamus scriptorem, qui quando non suae sed superioris aetatis historiam enarraturus est, auctores sequitur bonos, aetate proximos aut aequales, et in rebus explicandis copiose scite et cum fide versatos, qui porro eorum talem usum facit ut res conquisitas, iudicio subtiliter facto, accurate transferat et in suum usum vertat, ita ut praeiudicio mentis nullo, quod a veri sensu abducere possit, ad historiam conscribendam accedat, qui tandem nec studio nec odio alienatus a veritatis praeceptis recedat. quatenus in hunc censum Zosimus referendus sit, in sequentibus apparebit, ubi eum ad singulas historici diligentis ac fide digni virtutes exegerimus.

Primum a scriptorum, quos secutus est, auctoritate vix aliqua adversus eum criminationis causa arcessi potest, quandoqui-
p. XXIX dem Dexippus Eunapius et Olympiodorus, quorum auctoritatem Zosimus secutus est, partim dignitate partim doctrina conspicui et graves fuerunt scriptores. scripserunt suae quisque aetatis historiam et res quae ipsis maxime ante oculos erant; narrationis genere non compendiario et epitomatoribus solenni usi sunt, sed res diserte et accurate exposuerunt, quamvis a concinnitate parum commendata esset oratio. laudes istae etsi praecipue ad Dexippum et Olympiodorum pertinent, quorum fides nulla, ne ob religionem quidem paganam, suspicione afflicta fuit inter veteres, Eunapio tamen, qui diversum ab illis vitae genus secutus

literis operam dederat, auctoritas debetur haud minima, vel invito Photio, qui fidem ei ut sugillanti Christianos abrogat. nam indicio suo, quo fidem eius evertere Photius studet, non modo firmamentum ullum non adiunxit, verum etiam satis dilucide prae se fert invidiam, qua istorum temporum Christiani homines incensi non verebantur, quicquid in paganis laude dignum esset, elevare, eosque, si de rebus Christianorum severius iudicare ausi essent, exagitare ut calumniatores et conviciis lacerare. ceterum Eunapius non suae modo aetatis res erat persecutus, sed ad saeculi fere spatium regressus historiae suae primordium a regno Claudii secundi fecerat, quo Dexippus, aequalis eius, suo operi finem imposuerat. fuisse Eunapio in ea operis parte, qua res suam aetatem antegressas exposuerat, auctores haud contemnendos rerumque et civilium et militarium haud imperitos, vel ex Zosimi breviario, quod ex Eunapio confectum est, intelligere licet; praeterea nonnullas res, ut vel ipse in Vitis Sophistarum innuere videtur, a philosophis Maximo et Prisco, qui ut praeceptores Iuliani summa eius familiaritate usi, eiusque expeditionibus consuetudinis habendae causa ab eo ducti interfuerant, tradita acceperat. quodsi Eunapii non eadem fides et auctoritas fuit quae Dexippi et Olympiodori, Zosimi etiam hactenus pro diversitate fontium, unde hausit, non una eademque erit auctoritas, poteritque de ea iudicium fieri inprimis in libri primi qua- p. xxx
draginta capitibus prioribus, inde ad libri quinti caput vicesimum fere sextum, et in postrema parte historiae. in priore enim loco, quod satis constat, Zosimus secutus est Dexippi Synopsin historicam, in altero, qui maiorem operis partem constituit, Eunapii Chronicon, in ultimo Olympiodori Silvam. *)

Ex scriptorum itaque, quos nominavimus, auctoritate pendet Zosimi fides. interea tamen ille etiam sua quaedam attulisse videri debet sibique propria. non enim e genere epitomatorum et breviatorum habendus est, qui, servili opera scriptoribus in compendium modo redigendis addicta, neque fidem eorum neque vestigia relinquunt. occupat quasi medium inter utrumque historicorum, qui proprie eo nomine appellantur, et abbreviatorum genus locum Zosimus, ut non modo suum consilium et propriam

*) Copiosius de ea re egi in Biblioth. Philolog. t. 2 1780 p. 225 seqq.

instituti rationem sequatur, resque ex auctoribus petitas ad eam accommodet, recisis aliis, aliis modo plus modo minus coartatis, sed ut aliis etiam scriptoribus, praeter Dexippum Eunapium et Olympiodorum, in auxilium vocatis et adhibitis eos, quos sibi maxime duces elegit, emendet aut suppleat. verum in hac opera Zosimo interdum humani aliquid accidisse negari nequit. non enim ubique satis sibi cavit quo minus narrationem obscuraret, omissis quae scitu erant necessaria; id quod in contrahendis prolixioris ac confusi stili scriptoribus, Eunapio et Olympiodoro, facile incidere potuit, inprimis si studium ac diligentiam minorem quam par erat adhiberet. nec improbabile est praematuro fato Zosimum fuisse impeditum quo minus historiam suam, iterata lectione, acutioribus perlustrare oculis et obscuris locis perspicuitatem reddere posset.

Maiorem aliquis suspicionem Zosimo iniiciat, qui revocato in mentem et consilio, quod ipsi in opere suscipiendo fuit, et opinione, quae de Christianorum religione eius animo inhaesit, p. XXXI id eum molitum esse meminerit, ut ostenderet in maiorum spretis adscitisque Christianorum sacris positam esse calamitatum, quibus Romani vexarentur, causam. metus inde subit ne Zosimo idem acciderit, quod evenire solet illis qui student accommodare res, quas explicare cupiant, ad hypothesin aut opinionem quae ipsorum occupavit animos, ut a veritatis regula vel imprudentes et inviti recedant, utque in factis eventibusque trutinandis nullum iniuriae, quam veritati faciunt interpretando, sensum habeant. vanam autem et inanem commoveri Zosimo suspicionem demonstrant ea loca quae labe ista oporteret esse infecta, si verum quid suspicioni isti subesset. inspicienti ea facile patebit auctorem, ubi a prostratis caerimoniis profecta mala dicat, non omissa verarum causarum pervestigatione et expositione maligne ad illam causam omnia revocasse. perspicuum quoque est eum non fraude, quae consulto vera in falsum vertit, sed errore illo quo animus praeoccupatae mente opinioni inservit, abreptum, summatim modo et obiter ea interposuisse quae de malis civitati per immutata sacra invectis sentiret; qua in re communem illam et pervagatam olim inter ethnicos superstitionem secutus est, qua salutem civitatum in deorum propitio numine ac tutela positam, si spretis sacris ac contemptis diis caelestium

animi alienati essent et ad iram versi, in discrimine versari et ad ruinam rerum inclinari rem publicam existimarent. quare totum illud reprehensionum genus concidit; neque deletis et expunctis locis iis quibus istam sententiam declaravit, superstitionis, a qua ista profecta erant, ullum vestigium paulo eminentius superfuturum esse putamus. quod ut tanto magis constet, agedum dispiciamus an eo Christianorum Zosimus incensus fuerit odio, ut non modo nimius in laudatione amicorum et adversariorum reprehensione esset, verum quoque ut ea quae suis infesta et famae eorum adversa, utilia inimicis essent, silentio opprimeret, et quod maximum crimen est, mutando callide et subdole res aut fingendo mendacia et commenta scriberet, gravissi- p. xxxII meque adeo fidem everteret.

Quomodo versatus sit aut reprehendendo aut laudando, ubi eius rei opportunitas data esset, si advertimus animum, in universum quidem intelligemus Zosimum, etsi plerumque iudicio in utramque partem abstineat, ad vitia tamen et prave facta, inprimis in imperatoribus Christianis, insectanda procliviorem esse, quam ad virtutes et praeclare facta laudibus celebranda; quae quidem eius ad acerbitatem propensitas non magis ab invidia aliqua Christianorum quam rerum narrandarum atrocitate et foeditate animique inde contracta tristitia orta videtur. Constantius enim et Theodosius, quos auctores sciebat esse malorum quae rei publicae per militiae ac morum corruptelas importata erant, etiamsi Christianae religionis cultores eiusque adsciscendae aliis auctores non exstitissent, tamen in graves reprehensiones incurrere debebant. attamen in rebus Constantini enarrandis nimis stomachosum eum esse credimus, inprimis ubi perversi eum animi et malitiosi paulo asperius inculpat; Arcadium autem ob stoliditatem indignius quam par erat exagitari. ex diverso Iulianum quot quantisque exornandi laudibus ob praeclara facinora Zosimo copia data fuit, nihilominus in eximii aut magni, quemadmodum ab ipso praedicatur, imperatoris vita enarranda exhibuit se et in laudando modestum et in iudicandis religionum causis satis aequum, si quidem, praeterquam quod obiter fere sententiam eius a Christiano cultu abhorrentem commemorat, ea quae revocanda sacra maiorum instituerat non modo non laudavit, sed ne mentionem quidem eorum fecit.

Omissionis fraudulentae culpam, cuius raro indicia esse possunt satis certa ad convincendum scriptorem, a Zosimo abesse cum aliis tum potissimum eo probatur, quod Christianorum virtutes et praeclare facta non praeterit, et quae ad repre-
39. Cum autem Scythae Graeciam gravissimis damnis affecissent, ipsis etiam Athenis expugnatis, Gallienus manum cum eis, ad Thraciam usque iam progressis, conserturus accessit; desperatisque rebus Orientis opem ferre iussit Odanathum, municipem Palmyrenum, qui uti iam maiores sui, in magno apud imperatores honore habitus fuerat. is ubi reliquis istic exercitibus copias suas quam poterat maximas admiscuisset, strenue Saporem adortus

πώρῃ κατὰ τὸ καρτερόν, καὶ τάς τε πόλεις ἀνεκτήσατο τὰς ἤδη παρὰ Περσῶν ἐχομένας, καὶ Νίσιβιν εἰλημμένην μὲν ὑπὸ Σαπώρου τὰ Περσῶν δὲ φρονοῦσαν ἑλὼν ἐξ ἐφόδου κατέσκαψεν. ἐπεξελθὼν δὲ μέχρι Κτησιφῶντος αὐτῆς οὐχ ἅπαξ ἀλλὰ καὶ δεύτερον, Πέρσας μὲν τοῖς οἰκείοις ἐναπέκλεισεν, ἀγαπῶντας εἰ παῖδας καὶ γυναῖκας καὶ ἑαυτοὺς περισώσαιεν, αὐτὸς δὲ τὰ περὶ τὴν ἤδη πεπορθημένην χώραν, ὡς οἷός τε ἦν, εὖ διετίθει. ἐπεὶ δὲ διατρίβων κατὰ τὴν Ἔμεσαν καί τινα γενέθλιον ἄγων ἑορτὴν ἐξ ἐπιβουλῆς ἀνῃρέθη, τῶν ἐκεῖσε πραγμάτων ἀντιλαμβάνεται Ζηνοβία, συνοικοῦσα μὲν Ὀδανάθῳ, φρονήματι δὲ ἀνδρείῳ χρωμένη καὶ διὰ τῶν ἐκείνῳ συνόντων τὴν ἴσην εἰσφέρουσα τοῖς πράγμασιν ἐπιμέλειαν.

40. Οὔσης δὴ τοιαύτης τῆς ἀμφὶ τὴν ἀνατολὴν καταστάσεως, ἀγγέλλεται Γαλλιηνῷ τῷ πρὸς Σκύθας ἐγκαρτεροῦντι πολέμῳ τὸν τῆς ἵππου πάσης ἡγούμενον Αὐρίολον, ἐν Μεδιολάνῳ τῇ πόλει τὴν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν πάροδον Ποστούμου τεταγμένον παραφυλάττειν, εἰς τὸ νεωτερίζειν τετράφθαι καὶ μνᾶσθαι τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν ἑαυτῷ. συνταραχθεὶς δὲ πρὸς τοῦτο παραχρῆμα τῆς ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ὁδοιπορίας εἴχετο, τὴν στρατηγίαν τοῦ πρὸς Σκύθας πολέμου Μαρκιανῷ παραδούς, ἀνδρὶ τὰ πολέμια σφόδρα ἐξησκημένῳ. τούτου δὲ τὸν πόλεμον εὖ διαθέντος, Γαλλιηνὸς ἐχόμενος τῆς ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ὁδοῦ εἰς τοιάνδε ἐπιβουλὴν ἐμπίπτει. Ἡρακλειανὸς ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος, κοινωνὸν τῆς σκέψεως λα-

1 *ἀνεκτήσατο H*: legebatur *ἀνεκτοτάτας*. *τὰς* ego addidi. 15 *Αὐρίολον S*, *Αὐρηλιανὸν* LP.

est, et cum alias urbes imperio Persarum assuetas, tum Nisibin ab Sapora captam Persarumque rebus addictam impetu in eam facto recepit et evertit; cumque non semel sed iterum Ctesiphontem usque processisset, Persas intra munitiones suas compulsos occlusit, contentos si liberorum et uxorum et suam salutem tueri possent: ipse res vastatas iam regionis pro viribus ex usu suo constituit. posteaquam hic Emesae tum degens, et nataliciam quandam celebritatem peragens, ex insidiis interemptus est, rerum istic in se curam Zenobia suscepit, Odanathi quidem illa coniux, sed animo virili praedita; quae opera familiarium mariti parem diligentiam rebus gerendis adhibebat.

40. Cum hic status Orientis esset, Gallieno bellum Scythicum naviter urgenti nuntius affertur, Aureolum ducem omnium copiarum equestrium, qui ad urbem Mediolanum Postumi transitum in Italiam observare iussus fuerat, res novas moliri et imperii summam sibi polliceri. ad eius rei famam conturbatus statim ad iter Italicum semet accingit, tradito praeturae imperio belli Scythici conficiendi causa Marciano, viro bellicis rebus exercitatissimo; quo bellum hoc feliciter administrante, Gallienus iter Italicum persequens in huiusmodi insidias incidit. Heraclianus praefectus praetorio, socium con-

βῶν Κλαύδιον ὃς μετὰ βασιλέα τῶν ὅλων ἐπιτροπεύειν ἐδόκει, θάνατον ἐπιβουλεύει Γαλλιηνῷ. ἄνδρα δὲ εὑρὼν εἰς τὰ τοιαῦτα προχειρότατον ὃς τῆς τῶν Δαλματῶν ἦρχεν ἴλης, ἐγχειρίζει τούτῳ τὴν πρᾶξιν. ὁ δὲ ἐπιστὰς τῷ Γαλλιηνῷ δειπνοποιουμένῳ, καὶ φήσας ἀγγεῖλαί τινα τῶν κατασκόπων ὡς Αὐρίολος ἅμα τῇ σὺν αὐτῷ δυνάμει προσάγει, τοῖς τοιούτοις ἐπτόησε λόγοις. ὅπλα τε οὖν ᾔτει καὶ ἅμα θορὼν ἐς τὸν ἵππον σύνθημα τοῖς στρατιώταις ἐδίδου μετὰ τῶν ὅπλων ἀκολουθεῖν, καὶ οὐδὲ τοὺς δορυφοροῦντας ἐκδεξάμενος ἤλαυνε. γυμνὸν οὖν ὁ ἰλάρχης θεασάμενος ἀποσφάττει. (41) *τῶν δὲ στρατιωτῶν κελεύσει τῶν ἡγουμένων*
Claudius II. *ἡσυχασάντων, Κλαύδιος τὴν τῶν ὅλων ἡγεμονίαν παραλαμβάνει,*
a. 268 *καὶ πρότερον τῆς κοινῆς ψήφου ταύτην δούσης αὐτῷ. Αὐρίολος ἐπὶ χρόνον συχνὸν ἔξω τῆς Γαλλιηνοῦ καταστήσας ἑαυτὸν ἐξουσίας ἐπεκηρυκεύετό τε παραχρῆμα πρὸς Κλαύδιον, καὶ παραδοὺς ἑαυτὸν ὑπὸ τῶν περὶ τὸν βασιλέα στρατιωτῶν ἀναιρεῖται, τῇ διὰ τὴν ἀπόστασιν ἐχομένων ὀργῇ.*

42. *Κατὰ τοῦτον δὴ τὸν χρόνον Σκυθῶν οἱ περιλειφθέντες, ἐκ τῶν προλαβουσῶν ἐπαρθέντες ἐφόδων, Ἑρούλους καὶ Πεύκας καὶ Γότθους παραλαβόντες καὶ περὶ τὸν Τύραν ποταμὸν ἀθροισθέντες, ὃς εἰς τὸν Πόντον εἰσβάλλει, ναυπηγησάμενοι πλοῖα*

3 ὃς τῆς] libri ὅστις. 12 *Αὐρήλιος* LP. adde δέ. 15 sollennius est *τῆς ὀργῆς ἔχεσθαι in ira persistere. H.* 19 Suidas (v. *Σκύθαι*) *Πευκέστας*, Casaubonus *Πευκίνους*; ita enim Ptolemaeo, Iulio Capitolino, Trebellio Pollioni vocantur, Iornandi *Peuceni*. 20 Suidas: *ἀθροισθέντες εἰσέβαλον εἰς τὸν Πόντον, ναυπηγησάμενοι δὲ πλοῖα ἐννακόσια.*

silii Claudium nactus, qui secundum imperatorem administrationi rerum praeesse videbatur, necem Gallieno molitur. cumque repperisset hominem ad perpetranda eiusmodi expeditissimum, qui alae Dalmatarum praefectus erat, rem ei perficiendam committit. adstans ille cenanti Gallieno, cum exploratorem quendam nuntiasse dixisset Aureolum cum copiis suis accedere, hominem verbis huiusmodi terruit. quapropter arma poscens, et in equum insiliens, signum militibus dabat ut se cum armis sequerentur; ac ne corporis quidem stipatoribus exspectatis abequitabat. itaque praefectus alae nudum conspicatus interficit. (41) cum milites ducum iussu tranquilli essent, Claudius imperium consequitur, quod antea quoque communi calculo datum ei fuerat. Aureolus, qui satis longo tempore se fuerat tutatus quo minus in Gallieni potestatem veniret, statim de pace legatos ad Claudium ablegat. cumque se dedidisset, a militibus qui propter imperatorem erant interficitur, quod conceptam in illum ex causa defectionis iram necdum deposuissent.

42. Hoc tempore quotquot erant Scythae superstites animis propter expeditiones hactenus susceptas elati, adiunctis sibi Herulis Peucis et Gothis, collectique propter Tyrum fluvium in Pontum semet exonerantem, sex

ἑξακισχίλια καὶ τούτοις ἐμβιβάσαντες δύο καὶ τριάκοντα μυριάδας, ἄραντες διὰ τοῦ Πόντου, Τομεῖ μὲν τειχήρει πόλει προσβαλόντες ἀπεκρούσθησαν, προελθόντες δὲ καὶ ἐπὶ Μαρκιανούπολιν, ἣ Μυσίας ἐστίν, ἀναβάντες καὶ ταύτης διαμαρτόντες ἔπλεον ἐπὶ τὸ πρόσω, κατὰ πρύμναν τὸν ἄνεμον ἔχοντες. ἐπεὶ δὲ τὰ στενὰ τῆς Προποντίδος κατέλαβον, τότε δὴ τῶν νεῶν τὸ πλῆθος ἐνεγκεῖν τὴν τοῦ ῥοῦ ταχυτῆτα μὴ δυνάμενον ἀλλήλοις τὰ πλοῖα προσήραττε, καὶ ἐφέρετο τὰ σκάφη σὺν οὐδενὶ κόσμῳ, τῶν κυβερνητῶν μεθιέντων τοὺς οἴακας, ὥστε τὰς μὲν καταδῦναι αὐτάνδρους, τινὰς δὲ καὶ ἀνδρῶν ἐρήμους ὀκεῖλαι, πλήθους πολλοῦ καὶ ἀνθρώπων καὶ πλοίων ἀπολομένου. (43) διά τοι τοῦτο τοῦ μὲν στενοῦ τῆς Προποντίδος ὑπανεχώρουν οἱ βάρβαροι, τὴν δὲ ἐπὶ Κύζικον ἔπλεον. ἄπρακτοι δὲ διεκπεσόντες καὶ παραπλεύσαντες τὸν Ἑλλήσποντον, ἄχρι τε τοῦ Ἄθω παρενεχθέντες, κἀκεῖσε τῶν πλοίων ἐπιμέλειαν ποιησάμενοι, Κασάνδρειαν καὶ Θεσσαλονίκην ἐπολιόρκουν. μηχανὰς δὲ τοῖς τείχεσι προσαγαγόντες καὶ παρὰ βραχὺ τοῦ ταύτας ἑλεῖν ἐλθόντες, ἐπειδὴ τὸν βασιλέα προσάγειν ἐπύθοντο, εἰς τὴν μεσόγειαν ἀναβάντες τὰ περὶ Δοβῆρον καὶ Πελαγονίαν ἐλῄζοντο πάντα χωρία. ἐς ἃ δὴ τρισχιλίους ἀποβαλόντες εἰς τὴν τῶν Δαλματῶν ἵππον ἐμπεπτωκότες, τοῖς λειπο-

2 *Τομεῖ μὲν*] *τὸ μὲν ἐν* LP, *πόλει Τόμῃ* Suidas. 3 Ammiano Marc. XXVII 9 *Martianopolis*. 7 *δυναμένων* L. 8 *ἐπεφέρετο* Suidas. 9 *αὐτάνδρους*] *τὰς δὲ αὐτάνδρους* LP. expunxit *τὰς δὲ* *R* cum Suida, invito *H*, qui confert quae infra leguntur, 2 24, *τὰς μὲν ὀκέλλειν — κατέδυε*. 14 *περιενεχθέντες* Suidas. 17 *ἐπεὶ δὲ* LP. 18 *Τόπηρον* LP. 19 *ἐς ἃ*] *ἕως?*

milibus navium constructis ac trecentis ac viginti milibus hominum in eas impositis, navigatione per Pontum instituta, Tomis, munito moenibus oppido tentato, reiecti sunt. progressi vero et Marcianopolim delati, quae Moesiae civitas est, ac ne illa quidem potiti, navigabant ulterius, cum quidem in puppi ventum haberent. ubi Propontidis angustias attigissent, quod ea multitudo navium celeritatem fluxus ferre non posset, naves inter se collidebantur et nullo ferebantur ordine lembi, cum gubernatores ipsi clavos e manibus dimisissent, adeo quidem ut partim cum hominibus ipsis demergerentur, partim vacuae littoribus appellerent, magna tum hominum tum navigiorum multitudine pereunte. (43) propter hanc causam a Propontidis angustiis barbari recedebant, Cyzicum versus navigando, cumque rebus infectis illinc dilapsi fuissent, Hellespontum navigiis praeteriissent, et ad montem Atho delati naves ibi suas refecissent, Casandriam et Thessalonicam obsidebant, machinisque moenibus admotis parum aberat quin eas caperent, sed quod imperatorem adventare cum copiis inaudierant, petitis superioribus locis mediterraneis omnem propter Doberum et Pelagoniam agrum praedis agendis infestabant; quo in agro tribus hominum milibus amissis, cum in equitatum Dalmatarum incidissent, cum reliquis adversus imperatoris copias

μένοις πρὸς τὴν οὖσαν ἅμα τῷ βασιλεῖ διηγωνίζοντο δύναμιν. μάχης δὲ γενομένης, ἐξ ἑκατέρου τε μέρους πεσόντων, ἐτρέποντο μὲν οἱ Ῥωμαῖοι, διὰ δὲ ἀτρίπτων αὐτοῖς ὁδῶν ἀπροσδοκήτοις ἐπιπεσόντες πέντε τῶν βαρβάρων μυριάδας διέφθειραν. μοῖρα δὲ τῶν Σκυθῶν Θεσσαλίαν καὶ τὴν Ἑλλάδα περιπλεύσασα τοὺς ταύτῃ τόπους ἐλῄζετο, πόλεσι μὲν ἐπιέναι μὴ δυναμένη τῷ φθῆναι ταύτας τειχῶν τε καὶ τῆς ἄλλης ἀσφαλείας φροντίδα ποιήσασθαι, τοὺς δὲ ἐν τοῖς ἀγροῖς εὑρισκομένους ἀπάγουσα.

44. Τῶν Σκυθῶν τοίνυν, ὡς διεξῆλθον, ἐσκεδασμένων καὶ τὸ πολὺ μέρος ἀποβαλόντων, μειζόνων ἐφιεμένη ἡ Ζηνοβία πραγμάτων Ζάβδαν ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον ἐκπέμπει, Τιμαγένους ἀνδρὸς Αἰγυπτίου τὴν ἀρχὴν τῆς Αἰγύπτου Παλμυρηνοῖς καταπραττομένου. συναχθέντος δὲ τοῦ στρατεύματος ἐκ Παλμυρηνῶν καὶ Σύρων καὶ βαρβάρων ἐς ἑπτὰ μυριάδας, καὶ Αἰγυπτίων τε πέντε μυριάσιν ἀντιπαραταξαμένων, μάχης καρτερᾶς γενομένης περιῆσαν οἱ Παλμυρηνοὶ παρὰ πολὺ τῷ πολέμῳ, καὶ φρουρὰν ἐγκαταστήσαντες πεντακισχιλίων ἀνδρῶν ἀνεχώρησαν. Πρόβος δὲ καθῆραι τῶν καταποντιστῶν τὴν θάλατταν ἐκ βασιλέως ταχθείς, ἐπειδὴ τὴν Αἴγυπτον ἔγνω παρὰ Παλμυρηνῶν ἐχομένην, ἅμα τῇ σὺν αὐτῷ δυνάμει καὶ Αἰγυπτίων ὅσοι μὴ τὰ Παλμυρηνῶν φρονοῦντες ἔτυχον ἐπιθέμενος τὴν μὲν φρουρὰν ἐξέβαλεν· αὖθις δὲ Παλμυρηνῶν ἐπιστρατευσάντων, συναγαγόντος δὲ καὶ Πρόβου στρα-

2 πεσόντων] πολλῶν πεσόντων *Steph.* 3 αὐτοῖς om P. 11 *Zabas* Vopiscus, *Sabas* Pollio. 14 τε] δὲ? 17 Πρόβος etiam Zonarae; sed Trebellio Pollioni in Claudio *Probatus.*

dimicarunt. occepto proelio cum ab utraque parte multi cecidissent, Romani quidem in fugam se coniiciebant: sed per itinera nullis hominum trita vestigiis eosdem ex improviso adorti quinquaginta millia barbarorum ceciderunt. quaedam Scytharum pars, Thessaliam Graeciamque circumvecta, passim ea loca populabatur; quae cum aggredi oppida propterea non posset quod ea muris alioque necessario praesidio se iam antea diligenter communivissent, homines in agris repertos abducebat.

44 Itaque dum Scythae dispersi vagantur in hunc quem diximus modum, magno suorum amisso numero, maiora quaedam appetens Zenobia Zabdam in Aegyptum mittit, quod Aegyptius quidam Timagenes Palmyrenis Aegypti dominatum tradere conaretur. coacto de Palmyrenis et Syris et barbaris exercitu, ad septuaginta usque milia, prodierunt in aciem adversus hos Aegyptiorum ad quinquaginta milia; quos inter utrinque acri commisso proelio, Palmyreni longe hoc bello superiores exstiterunt, et imposito quinque milium praesidio pedem rettulerunt. Probus, cui datum erat ab imperatore negotium maris a piratis repurgandi, posteaquam teneri a Palmyrenis Aegyptum cognovisset, cum copiis suis et Aegyptiorum, quotquot alieni a Palmyrenorum partibus erant, hostes aggressus praesidium eiecit. sed cum Palmyreni denuo cum exercitu venissent, itidemque Probus Aegyptias Afri-

τόπεδον Αἰγυπτίων τε καὶ Λιβύων, ὑπέρτεροι μὲν ἦσαν Αἰγύπτιοι καὶ τῶν ὁρίων τῆς Αἰγύπτου Παλμυρηνοὺς ἤλαυνον, Πρόβου δὲ τὸ πρὸς τῇ Βαβυλῶνι καταλαβόντος ὄρος καὶ ταύτῃ τὴν ἐπὶ Συρίαν τῶν πολεμίων πάροδον ἀποκλείοντος, Τιμαγένης ἅτε δὴ ἴδρις τῶν τόπων, ἅμα δισχιλίοις Παλμυρηνῶν τὴν ἄκραν τοῦ ὄρους κατασχών, ἀδοκήτοις ἐπιστὰς τοῖς Αἰγυπτίοις διέφθειρεν· ἐν οἷς καὶ ὁ Πρόβος ἁλοὺς ἑαυτὸν ἀποσφάττει.

45. Τῆς Αἰγύπτου τοίνυν ὑπὸ Παλμυρηνοῖς γενομένης, οἱ ἐκ τῆς ἐν Ναΐσσῳ Κλαυδίου καὶ Σκυθῶν μάχης περιλειφθέντες, προβαλλόμενοι τὰς ἁμάξας, ὡς ἐπὶ Μακεδονίαν ἐχώρουν, σπάνει δὲ τῶν ἐπιτηδείων λιμῷ πιεζόμενοι διεφθείροντο αὐτοί τε καὶ τὰ ὑποζύγια. προάγουσι δὲ αὐτοῖς ἡ Ῥωμαίων ἵππος ὑπαντιάσασα, πολλούς τε ἀνελοῦσα, τοὺς λοιποὺς ἐπὶ τὸν Αἷμον ἀπέστρεψε. κυκλωθέντες δὲ τοῖς Ῥωμαίων στρατοπέδοις οὐκ ὀλίγους ἀπέβαλον. ἐπεὶ δὲ διαστάντων πρὸς ἑαυτοὺς πεζῶν τε καὶ ἱππέων ἐδόκει βασιλεῖ τοὺς πεζοὺς τοῖς βαρβάροις διαμαχέσασθαι, καρτερᾶς γενομένης μάχης ἐτρέποντο Ῥωμαῖοι· καὶ ἀναιρεθέντων οὐκ ὀλίγων, ἡ ἵππος ἐπιφανεῖσα μετρίαν αὐτοῖς τὴν τοῦ πταίσματος πεποίηκεν αἴσθησιν. (46) πρόσω δὲ τῶν Σκυθῶν ἐλασάντων καὶ Ῥωμαίων αὐτοῖς ἐπακολουθούντων, οἱ Κρήτην καὶ Ῥόδον περιπλεύσαντες βάρβαροι πράξαντες οὐδὲν ἀφηγήσεως ἄξιον ἀνεχώρησαν. λοιμοῦ δὲ κατασχόντος ἅπαντας αὐτούς, οἱ μὲν κατὰ Θρᾴκην οἱ δὲ κατὰ Μακεδονίαν ἐφθάρησαν. ὅσοι δὲ διεσώθησαν, ἢ τάγ-

5 ἅτε δι' ἀνύδρων τόπων P. 11 τὰ add S.

canasque copias coegisset, victoria quidem Aegyptii potiebantur et Aegypti finibus Palmyrenos exigebant: verum quod Probus montem Babyloni vicinum occupasset et hostes ibidem a transitu in Syriam excluderet, Timagenes, velut eorum locorum peritus, cum duobus Palmyrenorum milibus eius montis occupato vertice, nihil tale cogitantes Aegyptios adortus cecidit; quos inter et Probus interceptus ipse sibi manus attulit.

45. Aegypto Palmyrenorum in potestatem redacta, quotquot ex pugna Claudii et Scytharum ad Naisum pugnata superstites erant barbari, curribus se munientes in Macedoniam contendebant. sed quod ob inopiam commeatus fame premerentur, tam ipsi quam eorum iumenta peribant. progredientibus autem eis Romanorum equestres occurrere copiae, caesisque pluribus reliquos ad Haemum se convertere coegerunt. ibi Romanis ab exercitibus circumdati non paucos ex suis amiserunt. posteaquam vero dissentientibus inter se peditibus et equitibus imperatori visum fuit ut pedites adversus barbaros dimicarent, acri exorto proelio terga Romani dabant; quorum iam non paucis interemptis equitatus, adventu factum est, ut modicum ex admisso delicto detrimentum sentiretur. (46) Scythis longius digressis et Romanis eos persequentibus, qui Cretam et Rhodum circumvecti navibus erant barbari, nulla re memorabili gesta recesserunt. cumque pestilens lues cunctos invasisset, partim in Thracia partim Macedonia perierunt. quotquot autem

μασι Ῥωμαίων συνηριθμήθησαν ἢ γῆν λαβόντες εἰς γεωργίαν ταύτῃ προσεκαρτέρησαν. ἁψαμένου δὲ τοῦ λοιμοῦ καὶ Ῥωμαίων, ἀπέθανον μὲν πολλοὶ τοῦ στρατεύματος, τελευτᾷ δὲ καὶ Κλαύδιος, ἐν πάσαις διαπρέψας ταῖς ἀρεταῖς καὶ πολὺν ἑαυτοῦ πόθον τοῖς ὑπηκόοις ἐναποθέμενος.

Quintillus. 47. Κυντίλλου δέ, ὃς ἀδελφὸς ἦν Κλαυδίου, βασιλέως ἀναρρηθέντος ὀλίγους τε βιώσαντος μῆνας καὶ μνήμης οὐδὲν Aurelianus. a. 270 ἄξιον πεπραχότος, Αὐρηλιανὸς εἰς τὸν βασίλειον ἀναβιβάζεται θρόνον, Κυντίλλου κατά τινας τῶν λογοποιῶν ὑπὸ τῶν ἐπιτηδείων συμβουλευθέντος, ἅμα τῷ γνῶναι τὴν βασιλείαν Αὐρηλιανῷ παραδεδομένην, ἑαυτὸν ὑπεξαγαγεῖν καὶ ἑκόντα τῆς ἀρχῆς ἀποστῆναι τῷ πολλῷ κρείττονι. ὃ δὴ καὶ πεποιηκέναι λέγεται, τῶν ἰατρῶν τινὸς φλέβα τεμόντος αὐτῷ καὶ ἐνδόντος ῥεῦσαι τὸ αἷμα, μέχρις αὖος ἐγένετο. (48) Αὐρηλιανὸς δὲ κρατυνάμενος τὴν ἀρχὴν καὶ ἐκ τῆς Ῥώμης ἐλάσας ἐπὶ τὴν Ἀκυληΐαν ἐχώρει κἀκεῖθεν ἤλαυνεν ἐπὶ τὰ Παιόνων ἔθνη, τούτοις τοὺς Σκύθας μαθὼν ἐπιθέσθαι. πέμψας δὲ σκόπους ἀπαγγέλλοντας εἰσαγαγεῖν εἰς τὰς πόλεις σιτία καὶ ζῷα καὶ πᾶν ὅ τι οὖν τοὺς ἐναντίους ἔμελλεν ὠφελήσειν, ταύτῃ τὸν ἐπικείμενον αὐτοῖς λιμὸν αὔξειν διενοεῖτο. περαιωθέντων δὲ τῶν βαρβάρων καὶ μάχης ἐν τῇ Παιονίᾳ γενομένης ἰσοπαλοῦς, νὺξ ἐπιγενομένη τὴν νίκην ἀμφήριστον ἀμφο-

1 συνηρίθμησαν LP. 7 Casaubonus mavult ὀλίγας — ἡμέρας; non inepte. Nam Zonaras habet ἑπτακαίδεκα ἡμέρας; idem Treb. Pollio in Claud. 12 *R.*

incolumes evasere vel legionibus Romanis adscripti sunt, vel terram colendam nacti totos agriculturae se dediderunt. sed quod in Romanos quoque pestis saevire coepisset, cum alii complures in exercitu mortui sunt, tum etiam Claudius vivendi finem fecit, vir omni genere virtutum ornatus, et qui magnum sui desiderium subditorum animis inditum reliquit.

47. Quintillus inde, Claudii frater, dictus est imperator; qui ubi perpaucos menses vixisset et nihil memoria dignum gessisset, Aurelianus ad regium solium evehitur, cum quidem, veluti scriptores historiarum aliqui tradunt, Quintillo necessarii sui fuissent auctores, simulatque cognitum esset Aureliano delatum imperium, ut mortem sibi conscisceret ac multo se potiori sponte sua de imperio cederet; quod et fecisse perhibetur, a medico quodam vena secta continuatoque fluxu sanguinis, donec exaruisset. (48) Aurelianus autem, confirmato imperio, cum Romam movisset, Aquileiam contendit, et deinde Pannonicas ad nationes accessit, quas a Scythis invadi cognoverat. cumque misisset ad eos exploratores, qui nuntiarent ut annonas et iumenta et quicquid aliud hostibus usui futurum esset in oppida conveherent, hac ratione famem, quae hostes urgebat, augere cogitabat. posteaquam barbari flumen transiecissent, et in Pannonia proelio ancipiti dimicatum esset,

τέροις πεποίηκεν. ἐν δὲ τῇ νυκτὶ τὸν ποταμὸν οἱ βάρβαροι διαβάντες ἅμα ἡμέρᾳ περὶ σπονδῶν ἐπεκηρυκεύοντο.

49. Πυθόμενος δὲ ὁ βασιλεὺς ὡς Ἀλαμανοὶ καὶ τὰ πρόσοικα τούτοις ἔθνη γνώμην ποιοῦνται τὴν Ἰταλίαν ἐπιδραμεῖν, ἐπὶ τῇ Ῥώμῃ καὶ τοῖς περὶ ταύτην τόποις εἰκότως πλέον πεφροντικώς, ἱκανὴν τῇ Παιονίᾳ καταλιπὼν ἐπικουρίαν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ἐτράπη, καὶ καταστὰς ἐς μάχην ἐν ταῖς περὶ τὸν Ἴστρον ἐσχατιαῖς πολλὰς τῶν βαρβάρων ἀπώλεσε μυριάδας. ἐν τούτῳ δὲ καὶ τὰ περὶ τὴν Ῥώμην ἐπράχθη, τινῶν ἀπὸ τῆς γερουσίας, ὡς ἐπιβουλῇ κατὰ τοῦ βασιλέως κοινωνησάντων, εἰς εὐθύνας ἠγμένων καὶ θανάτῳ ζημιωθέντων. ἐτειχίσθη δὲ τότε ἡ Ῥώμη πρότερον ἀτείχιστος οὖσα· καὶ λαβὸν τὴν ἀρχὴν ἐξ Αὐρηλιανοῦ συνεπληρώθη βασιλεύοντος Πρόβου τὸ τεῖχος. κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον εἰς ἔννοιαν ἦλθε νεωτερισμοῦ Ἐπιτίμιός τε καὶ Οὐρβανὸς καὶ Δομετιανός, καὶ παραχρῆμα τιμωρίαν ὑπέσχον ἁλόντες.

50. Διῳκημένων δὲ ὧδε τῶν περὶ τὴν Ἰταλίαν καὶ Παιονίαν, ὁ βασιλεὺς στρατείαν ἐπὶ Παλμυρηνοὺς ἄγειν διενοεῖτο, κρατοῦντας ἤδη τῶν τε Αἰγυπτιακῶν ἐθνῶν καὶ τῆς ἑῴας ἁπάσης καὶ μέχρις Ἀγκύρας τῆς Γαλατίας, ἐθελήσαντας δὲ καὶ Βιθυνίας μέχρι Χαλκηδόνος ἀντιλαβέσθαι, εἰ μὴ βεβασιλευκέναι γνόντες Αὐρηλιανὸν τὴν Παλμυρηνῶν ἀπεσείσαντο προστασίαν. ἐλάσαν-

3 Ἀλαμάννοι P. 8 δὲ om Steph. 9 an ἐταράχθη? ἐπιβουλῆς? v. Ind. v. κοινωνεῖν. 14 Victor ep. *Septimus*. 15 ἑαλωκότες P. 17 στρατιάν?

nox interveniens victoriam utrisque dubiam reddidit. eadem nocte barbari transmisso flumine, simulac illuxisset, de pace legatis missis agebant.

49. Imperator, intellecto Alamannos cum finitimis sibi nationibus Italiam incursionibus vexare decrevisse, non abs re de Roma vicinisque urbi locis magis sollicitus, satis magno Pannoniae relicto praesidio, versus Italiam perrexit, et in extremis ad Istrum partibus conserto proelio multa barbarorum milia delevit. interim et Romae quaedam gesta sunt, ubi de senatu nonnulli velut insidiarum imperatori structarum participes accusati fuerunt et morte multati. tunc et moenibus cincta fuit Roma, quibus antea carebat; et coeptus ab Aureliano murus Probo imperante perfectus fuit. eodem tempore venerunt in suspicionem rerum novarum Epitimius et Urbanus et Domitianus, statimque deprehensi poenas dederunt.

50. Rebus per Italiam et Pannoniam in hunc modum gestis et ordinatis expeditionem contra Palmyrenos imperator suscipere cogitabat, qui iam in potestate sua nationes Aegyptias et universum orientem usque ad Ancyram Galatiae tenebant, ipsamque porro Bithyniam Chalcedonem usque sibi vindicare volebant, nisi gentes illae, fama traditi Aureliano imperii ad se perlata, Palmyrenorum patrocinium reiecissent. itaque cum exercitu progresso

τος τοίνυν ἅμα στρατῷ τοῦ βασιλέως, Ἄγκυρα τε προσετίθετο τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ καὶ Τύανα μετὰ ταύτην καὶ ἑξῆς ἅπασαι μέχρις Ἀντιοχείας, ἐν ᾗ Ζηνοβίαν εὑρὼν ἅμα στρατῷ πολλῷ παρεσκευασμένην εἰκότως εἰς μάχην ἀπήντα καὶ αὐτὸς εὐτρεπής. ὁρῶν δὲ τοὺς Παλμυρηνῶν ἱππέας ὁπλίσει βαρείᾳ καὶ ἀσφαλεῖ τεθαρρηκότας καὶ ἅμα πείρᾳ τῇ περὶ τὴν ἱππασίαν πολὺ τῶν σφετέρων προέχοντας, τοὺς μὲν πεζοὺς πέραν που τοῦ Ὀρόντου ποταμοῦ διεχώρισε, σύνθημα δὲ τοῖς Ῥωμαίων ἱππεῦσι δέδωκε μὴ ἐκ τοῦ εὐθέος ἀκμῆτι τῇ Παλμυρηνῶν ἵππῳ συνάψαι, δεξαμένους δὲ τὴν αὐτῶν ἔφοδον ἐς φυγὴν δοκεῖν τρέπεσθαι, καὶ τοῦτο ποιεῖν ἄχρις ἂν ἴδωσιν αὐτούς τε καὶ τοὺς ἵππους ὑπὸ τοῦ καύματος ἅμα καὶ τῆς τῶν ὅπλων βαρύτητος πρὸς τὴν δίωξιν ἀπειπόντας. οὗ δὴ γενομένου καὶ τῶν βασιλέως ἱππέων τὸ παράγγελμα φυλαξάντων, ἐπειδὴ τοὺς ἐναντίους ἐθεάσαντο παρειμένους ἤδη καὶ τοῖς ἵπποις κεκμηκόσιν ἀκινήτους τοὺς ἐπικειμένους, ἀναλαβόντες τοὺς ἵππους ἐπῄεσαν καὶ αὐτομάτους τῶν ἵππων ἐκπίπτοντας συνεπάτουν. φόνος οὖν ἦν συμμιγής, τῶν μὲν ξίφεσι τῶν δὲ ὑπὸ τῶν ἵππων οἰκείων τε καὶ πολεμίων ἀναιρουμένων. (51) εἰσελθόντων δὲ τῶν ὅσοι διαφυγεῖν οἷοί τε γεγόνασιν εἰς τὴν Ἀντιόχειαν, Ζάβδας ὁ Ζηνοβίας στρατηγὸς ὀρρωδῶν μή ποτε μαθόντες οἱ τῆς Ἀντιοχείας οἰκήτορες τὸ περὶ τὴν μάχην πταῖσμα σφίσιν ἐπίθοιντο, ἄνδρα μεσαιπόλιον ἐμφερειάν τινα πρὸς τὴν τοῦ βασιλέως ἰδέαν δοκοῦντά πως ἔχειν εὑρών, καὶ σχῆμα περιθεὶς οἷον εἰκὸς ἦν Αὐρη-

15 κεκληκόσι LP: corr S.

imperatore, Ancyra Romanorum in dicionem venit, et Tyana post eam, et urbes deinceps omnes Antiochiam usque; in qua urbe reperta Zenobia magnis instructa copiis, et ipse paratus ad pugnam, cui par erat, occurrit. videns autem Palmyrenos equites, armatura gravi eademque tuta fretos, equitandi quoque peritia longe suos excellere, pedites trans Orontem fluvium alicubi separatim constituit, et Romanis equitibus ex composito praecepit ne recta cum recenti et viribus integro Palmyrenorum equitatu manum consererent, sed exspectata illius impressione fugam se capessere simularent, idque tantisper facerent, donec et ipsos et equos ob aestum pariter et gravitatem armorum a persequendo desistere cernerent. hoc cum factum esset, ac imperatoris equites id observassent quod imperatum fuerat, ubi primum fatigatos hostes et hactenus incumbentes lassis equis immobiles conspexerunt, equis a cursu revocatis eos adorti sunt, et sponte sua delabentes ex equis obtriverunt. itaque promiscua caedes erat, cum alii gladiis, alii partim a suis partim hostium equis interimerentur. (51) Antiochiam vero ingressis, quotquot fuga evadere potuerant, metuens Zenobiae dux Zabdas ne forte Antiocheni cives adversi proelii fama percepta suos invaderent, repertum hominem semicanum, qui vultum speciemque imperatoris quodam modo referre videretur, et tali amictum habitu quali proeliantem Aurelianum usum

λιανὸν ἔχειν μαχόμενον, διὰ μέσης ἄγει τῆς πόλεως ὡς δὴ τὸν βασιλέα ζωγρίαν ἑλών. καὶ τούτῳ τῷ σοφίσματι τοὺς Ἀντιοχεῖς ἀπατήσας αὐτός τε ὑπεξέδυ τῆς πόλεως οὔσης τῆς νυκτὸς ἅμα τῷ λελειμμένῳ στρατεύματι, καὶ τὴν Ζηνοβίαν ἑαυτῷ συνεξαγαγὼν ἐπὶ τὴν Ἔμεσαν ἀνεχώρησεν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἔχων ἐν νῷ γενομένης ἡμέρας ἀναλαβεῖν τὴν πεζὴν δύναμιν καὶ ἑκατέρωθεν ἐπιθέσθαι τραπεῖσιν ἤδη τοῖς πολεμίοις, ἐπειδὴ τὴν Ζηνοβίας ἔγνω φυγήν, εἰς τὴν Ἀντιόχειαν εἰσῄει, δεξαμένων αὐτὸν ἀσμένως τῶν πολιτῶν. εὑρὼν δὲ τοὺς πολλοὺς τὴν πόλιν ἀπολιπόντας δέει τοῦ μή κακοῦ τινὸς ὡς τὰ Ζηνοβίας φρονήσαντας πειραθῆναι, προγράμματα πανταχοῦ πέμψας τοὺς πεφευγότας ἐκάλει, τῷ ἀκουσίῳ καὶ ἀναγκαστῷ πλέον ἢ προαιρέσει τὰ συμβάντα ἀνατιθείς. (52) συνδραμόντων δὲ ἅμα τῷ θεάσασθαι τὰ προγράμματα τῶν πεφευγότων καὶ τῆς τοῦ βασιλέως μετασχόντων φιλοφροσύνης, διαθεὶς τὰ περὶ τὴν πόλιν ἐπὶ τὴν Ἔμεσαν ἤλαυνε. μοῖραν δέ τινα Παλμυρηνῶν λόφον καταλαβοῦσαν εὑρὼν ὑπερκείμενον Δάφνης τοῦ προαστείου, τῷ ὑπερδεξίῳ τοῦ τόπου τὴν τῶν ἐναντίων πάροδον εἴργειν οἰομένην, τοῖς στρατιώταις ἐνεκελεύσατο συνασπισαμένοις καὶ πυκνῇ τῇ φάλαγγι τὴν πρὸς τὸ ὄρθιον ἀνάβασιν ποιουμένοις τά τε βέλη καὶ τοὺς ὁλοιτρόχους, εἰ καὶ τούτους τυχὸν ἐπαφεῖεν, τῇ πυκνότητι τῆς φάλαγγος ἀποσείσασθαι. καὶ πρὸς τὸ παράγγελμα εἶχε προθύμους. ἐπειδὴ δὲ κατὰ τὸ προσταχθὲν τὴν πρὸς τὸ ἄναντες ἄνοδον ἐποιήσαντο, καταστάντες

3 rectius fortasse οὔσης ἔτι νυκτός S. 20 ὀλιτρίχους LP.

fuisse vero esset simile, per urbem mediam ducit, quasi qui vivum imperatorem cepisset. atque hoc commento deceptis Antiochenis, et ipse noctu cum exercitu reliquo ex urbe clam egressus est, et Zenobia secum educta Emesam discessit. imperator autem, qui habebat in animo, cum primum illuxisset, receptis ad se pedestribus copiis utrinque fusos et fugatos hostes aggredi, cognita Zenobiae fuga Antiochiam ingressus est, civibus eum perlubenter excipientibus. cumque comperisset urbem complures deseruisse metu, ne quid eis accideret mali, quod Zenobiae partibus adhaesissent, edictis ad quaevis loca missis profugos revocabat, potius ad coactionem et necessitatem quam voluntatem et arbitrium animi relatis iis quae accidissent. (52) ea vero edicta conspicati exsules, concursu ad urbem facto, comiter ab imperatore tractati sunt; qui constitutis urbanis rebus Emesam copias duxit. cumque partem quandam Palmyrenorum collem occupasse deprehendisset imminentem suburbio Daphnes, ubi se propter idoneum altioris loci situm impedituros hostium transitum putabant, milites hortatus est ut consertis clipeis et densa phalange locum in arduum adscendentes tela lapidesque, si qui forte coniicerentur, ipsa densitate phalangis repellerent; quos quidem ad id quod imperaverat alacres habuit. ubi, ceu iussi fuerant, ac-

τοῖς ἐναντίοις ἰσοπαλεῖς ἔτρεψαν εὐθὺ εἰς φυγήν· καὶ οἱ μὲν κατὰ τῶν κρημνῶν φερόμενοι διεῤῥήγνυντο, τοὺς δὲ οἱ διώκοντες ἀπέσφαττον, οὗτοί τε καὶ οἱ μετασχόντες τῆς ἐπὶ τὸν λόφον ἀνόδου. μετὰ δὲ τὴν νίκην ἐπ᾽ ἀδείας τὴν διάβασιν ποιουμένοις ... χαίροντας κύριον κατὰ ταῦτα τῇ ὁδοιπορίᾳ τοῦ βασιλέως χρωμένου. δέχεται μὲν οὖν αὐτὸν Ἀπάμεια καὶ Λάρισσα καὶ Ἀρέθουσα· τὸ δὲ τῶν Παλμυρηνῶν στρατόπεδον ἰδὼν ἐν τῷ πρὸ τῆς Ἐμέσης πεδίῳ συνειλεγμένον εἰς πλῆθος ἑπτὰ μυριάδων ἔκ τε αὐτῶν Παλμυρηνῶν καὶ τῶν ἄλλων, ὅσοι τῆς στρατείας αὐτοῖς εἵλοντο μετασχεῖν, ἀντεστρατοπεδεύετο τῇ τε Δαλματῶν ἵππῳ καὶ Μυσοῖς καὶ Παίοσι καὶ ἔτι γε Νωρικοῖς καὶ Ῥαίτοις, ἅπερ ἐστὶ Κελτικὰ τάγματα. ἦσαν δὲ πρὸς τούτοις οἱ τοῦ βασιλικοῦ τέλους, ἐκ πάντων ἀριστίνδην συνειλεγμένοι καὶ πάντων διαπρεπέστατοι. συνετέτακτο δὲ καὶ ἡ Μαυρουσία ἵππος αὐτοῖς, καὶ ἀπὸ τῆς Ἀσίας αἵ τε ἀπὸ Τυάνων δυνάμεις καὶ ἐκ τῆς μέσης τῶν ποταμῶν καὶ Συρίας καὶ Φοινίκης καὶ Παλαιστίνης τέλη τινὰ τῶν ἀνδρειοτάτων. οἱ δὲ ἀπὸ Παλαιστίνης πρὸς τῇ ἄλλῃ ὁπλίσει κορύνας καὶ ῥόπαλα ἐπεφέροντο. (53) συμπεσόντων δὲ τῶν στρατοπέδων ἀλλήλοις, ἔδοξεν ἡ τῶν Ῥωμαίων ἵππος κατά τι μέρος ἐκκλίνειν, ὡς ἂν μὴ πλήθει τῶν Παλμυρηνῶν ἱππέων πλεονεκτούντων καὶ περιιππαζομένων πως τὸ Ῥωμαίων στρατόπεδον ἐμπεσὸν εἰς κύκλωσιν λάθῃ. τῶν τοίνυν Παλμυρηνῶν ἱππέων τοὺς ἐκκλίναντας διωκόντων καὶ ταύτῃ τὴν τάξιν τὴν οἰκείαν παρ-

4 ποιούμενοι ἔχαιρον καίριον Leunclavius. 5 τῆς ὁδοιπορίας L.

clivem locum subiissent, iamque rebus omnibus ad pugnam factis pares adversariis essent, mox in fugam eos egerunt; et alii quidem per praecipitia lapsi discerpebantur, alii caedebantur ab insequentibus, tam his quam reliquis, quotquot itidem in collem istum evaserant. post partam victoriam secure transeuntes gaudebant, imperatore hoc iter suum opportune tenente; quem Apamea et Larissa et Arethusa excipiebant. ubi Palmyrenorum exercitum ante Emesam in campo collectum vidisset, cuius esset numerus hominum ad septuaginta milia ex ipsis Palmyrenis et aliis, quotquot hac in expeditione cum eis se coniunxerant, castra et ipse metabatur adversus hostes cum equitatu Dalmatico et Moesis et Pannoniis et praeterea Noricis atque Rhaetis, quae legiones Celticae sunt. praeter hos erant et praetoriae cohortis omnium selectissimi ex fama virtutis omniumque splendidissimi viri. cum his et Maurorum in acie dispositus erat equitatus, et ex Asia copiae Tyanenses et Mesopotamicae et Syriae et Phoenices et Palaestinae, fortissimi dubio procul ordines. et qui venerant e Palaestina, praeter arma cetera, clavas atque fustes secum afferebant. (53) exercitibus inter se congressis, visus est equitatus Romanus quadam ex parte deflectere, ne multitudine Palmyrenis equitibus nostros superantibus ac velut obequitantibus imprudens ab eis Romanus exercitus undique cingeretur. Palmyrenis igitur equitibus hos persequentibus, qui pedem retro tulerant, et hunc in modum ordines suos

ἐξελθόντων, εἰς τοὐναντίον ἀπέβη τοῖς Ῥωμαίων ἱππεῦσι τὸ βουλευθέν· ἐδιώκοντο γὰρ τῷ ὄντι πολὺ τῶν πολεμίων ἐλασσωθέντες. ὡς δὲ καὶ ἔπιπτον πλεῖστοι, τότε δὴ τῶν πεζῶν τὸ πᾶν ἔργον γενέσθαι συνέβη· τὴν γὰρ τάξιν τοῖς Παλμυρηνοῖς διαρραγεῖσαν ἰδόντες ἐκ τοῦ τοὺς ἱππέας τῇ διώξει σχολάσαι, συστραφέντες ἀτάκτοις αὐτοῖς καὶ ἐσκεδασμένοις ἐπέθεντο. καὶ φόνος ἦν ἐπὶ τούτῳ πολύς, τῶν μὲν τοῖς συνήθεσιν ἐπιόντων ὅπλοις, τῶν δὲ ἀπὸ Παλαιστίνης τὰς κορύνας καὶ τὰ ῥόπαλα τοῖς σιδήρῳ καὶ χαλκῷ τεθωρακισμένοις ἐπιφερόντων, ὅπερ μάλιστα τῆς νίκης ἐν μέρει γέγονεν αἴτιον, τῷ ξένῳ τῆς τῶν ῥοπάλων ἐπιφορᾶς τῶν πολεμίων καταπλαγέντων. φευγόντων δὲ ἤδη τῶν Παλμυρηνῶν προτροπάδην, καὶ ἐν τῷ φεύγειν ἑαυτούς τε συμπατούντων καὶ ὑπὸ τῶν πολεμίων ἀναιρουμένων, τὸ πεδίον ἐπληροῦτο νεκρῶν ἀνδρῶν τε καὶ ἵππων, ὅσοι διαδρᾶναι δεδύνηνται τὴν πόλιν καταλαβόντων.

54. Ἀθυμίας δὲ πολλῆς εἰκότως ἐπὶ τῇ ἥττῃ Ζηνοβίαν ἐχούσης, βουλὴ προέκειτο περὶ τοῦ πρακτέου, καὶ κοινῇ γνώμῃ πᾶσιν ἐδόκει τοῖς μὲν περὶ τὴν Ἔμεσαν πράγμασιν ἀπογνῶναι διὰ τὸ καὶ τοὺς Ἐμεσηνοὺς ἀλλοτρίως πρὸς αὐτὴν ἔχοντας τὰ Ῥωμαίων αἱρεῖσθαι, Πάλμυραν δὲ καταλαβεῖν καὶ τῷ τῆς πόλεως ὀχυρῷ τὴν ἀσφάλειαν ἐπιτρέψαντας σχολαίτερον σκοπῆσαι τὰ κατὰ σφᾶς. οὐδὲν ἦν ἔργου καὶ λόγου τὸ μέσον, ἀλλὰ συνέθεον ἐφ'

14 ὅσοι] τῶν ὅσοι? Leunclavius supplet τῶν ἑτέρων seu τῶν ἄλλων. 16 βουλῇ προσέκειτο LP: corr *S*. 21 οὐδὲ ἦν ἔργου καὶ λόγου τι μέσον *H*.

deserentibus, contrariam in partem Romanis equitibus id consilium quod ceperant cessit. hostes enim, quibus longe numero inferiores erant, eos reapse persequebantur; cumque plurimi etiam caderent, tandem accidit ut peditum virtute res tota conficeretur. etenim cum illi Palmyrenorum aciem ruptam solutamque conspexissent ex eo quod equites illorum in persequendo essent occupati, conversis ordinibus confusos ac dispersos adorti sunt. secundum haec ingens hominum caedes subsequi, Palmyrenis hostes consuetis armis petentibus, Palaestinis vero clavarum et fustium ictus iis inferentibus qui ferreis et aereis loricis se muniverant; id quod ex aliqua parte non exiguam victoriae causam praebuit, hostibus ad insolitos ictus clavarum attonitis. cum autem Palmyreni iam citato cursu fugerent ac inter fugiendum se ipsos obtererent et ab hostibus interficerentur, tum vero campus omnis hominumque equorumque cadaveribus compleri, et alii, quotquot effugere poterant, in urbem sese recipere.

54. Zenobia non abs re, quod victa fuisset, ingenti maerore affecta, quid agendum esset, sedulo deliberabat. de communi denique sententia visum est omnibus spem quidem rerum Emesenarum abiiciendam esse propterea, quod ipsi Emeseni alienis in eam animis Romanorum partes sequerentur, occupandam vero Palmyram, et illius civitatis munitioni salute securitateque credita, de summa rerum in otio maiore dispiciendum. dictum, factum:

ὅπερ ἐδόκει. πυθόμενος δὲ τὴν Ζηνοβίας φυγὴν ὁ Αὐρηλιανὸς εἰς μὲν τὴν Ἔμεσαν εἰσῄει, προθύμως αὐτὸν τῶν πολιτῶν δεχομένων, εὑρὼν δὲ πλοῦτον ὃν οὐχ οἵα τε ἐγεγόνει Ζηνοβία μετακομίσαι, παραχρῆμα σὺν τῷ στρατῷ τῆς ὁδοῦ τῆς ἐπὶ Παλμύραν εἴχετο. καὶ ἐπιστὰς τῇ πόλει, κύκλῳ περιλαβὼν τὸ τεῖχος ἐπολιόρκει, τῆς τροφῆς ἐκ τῶν πλησιαζόντων ἐθνῶν τῷ στρατοπέδῳ χορηγουμένης. τῶν δὲ Παλμυρηνῶν ἐπιτωθαζόντων ὡς ἀδυνάτου τῆς ἁλώσεως οὔσης, ἤδη δέ τινος καὶ εἰς αὐτὸν τὸν βασιλέα λόγους αἰσχροὺς ἀφιέντος, παρεστώς τις τῷ βασιλεῖ Πέρσης ἀνὴρ "εἰ κελεύεις" ἔφη, "τὸν ὑβριστὴν τοῦτον ὄψει νεκρόν." ἐγκελευσαμένου δὲ τοῦ βασιλέως, προστησάμενος ἑαυτοῦ τινὰς ὁ Πέρσης τοὺς ἀποκρύπτοντας, ἐντείνας τὸ τόξον καὶ βέλος ἁρμόσας ἀφίησιν, ὃ δὴ προκεκυφότι τῆς ἐπάλξεως τῷ ἀνθρώπῳ καὶ ἔτι τὰς ὕβρεις ἐπαφιέντι προσπαγὲν κατάγει τε τοῦ τείχους αὐτὸν καὶ νεκρὸν τῷ στρατοπέδῳ καὶ τῷ βασιλεῖ δείκνυσιν. (55) ἐπεὶ δὲ ἀντείχοντο πολιορκούμενοι, σπάνει τῶν ἐπιτηδείων ἀπαγορεύσειν τοὺς πολεμίους ἐλπίσαντες, καὶ ἐγκαρτεροῦντας θεώμενοι καὶ αὐτοὶ τροφῆς ἐνδείᾳ πιεζόμενοι γνώμην ποιοῦνται ἐπὶ τὸν Εὐφράτην δραμεῖν, κἀκεῖσε παρὰ Περσῶν βοήθειαν εὑρέσθαι, πράγματά τε Ῥωμαίοις νεώτερα μηχανήσασθαι. ταῦτα βουλευσάμενοι καὶ καμήλῳ τὴν Ζηνοβίαν ἀναβιβάσαντες, αἳ δὴ καμήλων εἰσὶ τάχισται

12 ἐκτείνας P. 17 καὶ om P. 21 ἀναβιβάσαντες] addit Leunclavius θηλείᾳ, forsan aptius δρομάδι. et Vopisc. in Aureliano c. 28. diserte scribit Zenobiam fugisse *camelis, quas* (alii *quos*) *dromadas vocitant R.*

concurrebant omnes in id quod decretum fuerat. Aurelianus autem, fuga Zenobiae cognita, Emesam ingressus est, civibus eum magno studio excipientibus. repertis opibus quas Zenobia secum auferre nequiverat, statim cum exercitu Palmyram contendit. cum eo venisset et oppidi moenia castris undique cinxisset, obsidionem instituit, vicinis gentibus exercitui commeatum suppeditantibus. interim Palmyreni principem dicteriis insectabantur, quasi fieri non posset ut oppidum caperetur. cumque verba foeda quidam in ipsum quoque iactaret imperatorem, adstans imperatori quidam natione Persa "si iubes" inquit, "hominem maledicum iam mortuum conspicies." cum annuisset imperator, Persa, quibusdam ante se constitutis per quos ipse tegeretur, arcum tendit et aptatum ei telum emittit; quod in hominem defixum extra muri pinnam prospectantem et istas adhuc contumelias effutientem, ab ipsis eum moenibus deiecit, et tam exercitui quam imperatori mortuum spectandum exhibuit. (55) cum obsessi resisterent, et qui hostes ob inopiam commeatus obsidionem soluturos speraverant, iam eos proposito suo constanter inhaerentes conspicerent, ipsi alimentorum penuria premerentur, ad Euphratem profugiendum statuunt, atque istic a Persis inveniendum auxilium novaque Romanis facessenda negotia. his cautis consiliis, Zenobiam camelo feminae

καὶ ἵππους ὑπεραίρουσαι τάχει, τῆς πόλεως ὑπεξάγουσιν. Αὐρηλιανὸς δὲ ἀχθόμενος ἐπὶ τῇ τῆς Ζηνοβίας φυγῇ, τῷ κατὰ φύσιν οὐκ ἐνδοὺς δραστηρίῳ, πέμπει παραχρῆμα τοὺς διώξοντας ταύτην ἱππέας. οἱ δὲ καταλαβόντες ἤδη τὸν Εὐφράτην αὐτὴν μέλλουσαν περαιοῦσθαι, καταγαγόντες τε ἐκ τοῦ πλοίου, πρὸς τὸν Αὐρηλιανὸν ἄγουσιν. ὁ δὲ τῷ μὲν ἀπροσδοκήτῳ τῆς θέας περιχαρὴς ἐγεγόνει, φιλότιμος δὲ ὢν φύσει, λαβὼν κατὰ νοῦν ὡς γυναικὸς κρατήσας οὐκ ἔσται τοῖς ἐσομένοις ἐπίδοξος, ἐδυσχέραινεν. (56) τῶν δὲ ἐναποκεκλεισμένων τῇ πόλει Παλμυρηνῶν αἱ γνῶμαι, τῶν μὲν προκινδυνεύειν τῆς πόλεως ἐθελόντων καὶ διαπολεμεῖν παντὶ σθένει Ῥωμαίοις, τῶν δὲ ἱκετηρίας ἀπὸ τοῦ τείχους προτεινομένων αἰτούντων τε συγγνώμην ἐπὶ τοῖς προλαβοῦσι. δεξαμένου δὲ τοῦ βασιλέως τὴν ἱκετείαν καὶ θαρρεῖν παρακελευσαμένου, πρὸ τῆς πόλεως ἐξεχέοντο, δῶρα καὶ ἱερεῖα προσάγοντες. Αὐρηλιανὸς δὲ τὰ μὲν ἱερεῖα τιμήσας τὰ δὲ δῶρα δεξάμενος ἀθῴους ἠφίει. τῆς δὲ πόλεως γενόμενος κύριος καὶ τοῦ κατὰ ταύτην πλούτου καὶ τῆς ἄλλης ἀποσκευῆς καὶ ἀναθημάτων κρατήσας, ἐπανελθὼν εἰς τὴν Ἔμεσαν εἰς κρίσιν ἤγαγε Ζηνοβίαν τε καὶ τοὺς ταύτῃ συναραμένους. ἐπεὶ δὲ αἰτίας ἔλεγεν ἑαυτὴν ἐξαιροῦσα, πολλούς τε ἄλλους ἦγεν εἰς μέσον ὡς παραγαγόντας οἷα γυναῖκα, ἐν οἷς καὶ Λογγῖνος ἦν, οὗ συγγράμματα ἔστι μέγα τοῖς παιδείας μεταποιουμένοις ὄφελος φέροντα· ᾧπερ ἐφ' οἷς κατηγο-

9 αἱ] διέστησαν αἱ? cf. 4 56. 19 ἐπεὶ] ἡ? ἐξαίρουσα LP.

impositam (sunt autem illae velocissimae et ipsos equos celeritate superant) ex urbe subducunt. Aurelianus Zenobiae fugam permoleste ferens, cum nihil de industria, qua praeditus in rebus agendis erat a natura, remitteret, extemplo persecuturos eam mittit equites. hi cum iam Euphratem transiecturam assecuti fuissent, e navi abreptam ad Aurelianum ducunt. is autem, licet inopinato spectaculo laetus admodum, tamen, quod ambitioso a natura homini ad animum accidisset, futurum ut ob victam feminam non magnam apud posteros gloriam inveniret, quandam animi molestiam sentiebat. (56) Palmyrenorum vero, qui oppido inclusi obsidebantur, partim hi erant animi ut oppidum periculo suo propugnare vellent omnibusque viribus bellum Romanum sustinere, partim de muro preces porrigebant supplices et praeteritorum veniam poscebant. cum imperator hanc supplicationem accepisset eosque bono animo esse iussisset, extra oppidum effusi dona cum hostiis adducebant. Aurelianus, honore hostiis habito donisque susceptis, illaesos dimisit. civitate in suam potestatem redacta, cum opibus eius et reliquo rerum apparatu donariisque potitus esset, Emesam rediit et Zenobiam cum suis complicibus pro tribunali stitit. illa causas exponens, et culpa semet eximens, multos alios in medium protulit, qui eam veluti feminam seduxissent; quorum in numero et Longinus erat, cuius extant scripta magnam afferentia doctrinae studiosis utilitatem, huic convicto de iis quorum nomine accusabatur, statim

ρεῖτο ἐλεγχομένῳ παραχρῆμα ὁ βασιλεὺς θανάτου ζημίαν ἐπέθηκεν, ἣν οὕτω γενναίως ἤνεγκεν ὁ Λογγῖνος ὥστε καὶ τοὺς σχετλιάζοντας ἐπὶ τῷ πάθει παραμυθεῖσθαι, καὶ ἄλλων δὲ Ζηνοβίας κατειπούσης κολάσεσιν ὑπαχθέντων.

57. Ἄξιον δὲ τὰ συνενεχθέντα πρὸ τῆς Παλμυρηνῶν καθαιρέσεως ἀφηγήσασθαι, εἰ καὶ τὴν ἱστορίαν ἐν ἐπιδρομῇ φαίνομαι ποιησάμενος διὰ τὴν εἰρημένην ἐν προοιμίῳ μοι πρόθεσιν· Πολυβίου γὰρ ὅπως ἐκτήσαντο Ῥωμαῖοι τὴν ἀρχὴν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ διεξελθόντος, ὅπως ἐν οὐ πολλῷ χρόνῳ σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν αὐτὴν διέφθειραν ἔρχομαι λέξων. ἀλλὰ ταῦτα μέν, ἐπειδὰν ἐν ἐκείνῳ γένωμαι τῆς ἱστορίας τῷ μέρει· Παλμυρηνοῖς δὲ μέρους οὐκ ὀλίγου τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας ἤδη κεκρατηκόσιν, ὡς διεξῆλθον, ἐκ τοῦ θείου πολλὰ προεμηνύθη τὴν συμβᾶσαν αὐτοῖς δηλοῦντα καθαίρεσιν. τίνα δὲ ταῦτα, ἐρῶ. ἐν Σελευκείᾳ τῇ κατὰ Κιλικίαν Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἵδρυτο καλουμένου Σαρπηδονίου, καὶ ἐν τούτῳ χρηστήριον. τὰ μὲν οὖν περὶ τοῦ θεοῦ τούτου λεγόμενα, καὶ ὡς ἅπασι τοῖς ὑπὸ λύμης ἀκρίδων ἐνοχλουμένοις Σελευκιάδας παραδιδοὺς (ὄρνεα δὲ ταῦτα ἐνδιαιτώμενα τοῖς περὶ τὸ ἱερὸν τόποις) συνεξέπεμπε τοῖς αἰτοῦσιν, αἱ δὲ ταῖς ἀκρίσι συμπεριπτάμεναι καὶ τοῖς στόμασι ταύτας δεχόμεναι παραχρῆμα πλῆθός τε ἄπειρον ἐν ἀκαριαίῳ διέφθειρον καὶ τῆς ἐκ τούτων βλάβης τοὺς ἀνθρώπους ἀπήλλαττον, ταῦτα μὲν τῇ τηνικαῦτα τῶν ἀνθρώπων εὐδαιμονίᾳ παρίημι, τοῦ καθ' ἡμᾶς γένους ἀποσεισαμένου θείαν

5 δὲ add Leunclavius. 20 δεχόμεναι καὶ παραχρῆμα LP.

poenam mortis imperator statuit; quam adeo fortiter Longinus pertulit, ut illos etiam qui hanc calamitatem eius indigno ferebant animo consolaretur. itidem alii, quos Zenobia detulerat, suppliciis afficiebantur.

57. Fuerit autem pretium operae, quae ante Palmyrenorum eversionem accidere, narrari, licet hanc historiam velut in transcursu texere videar, propter institutum operis nostri, quod in prooemio declaravimus. cum enim Polybius exposuerit quo pacto imperium exiguo tempore Romani adquisiverint, ego, quo pacto temporis non magno spatio suis sceleribus idem everterint, indicaturus sum. sed haec, ubi ad eam historiae partem accessero. Palmyrenis ergo potitis imperii Romani non exigua parte, sicuti recensuimus, multa divinitus denuntiata sunt quae postea secutam eversionem eis portendebant. et quaenam illa fuerint dicam. Seleuciae, quod est oppidum Ciliciae, templum Apollinis quem Sarpedonium vocant, et in templo erat oraculum. de hoc quidem deo quae perhibentur, et quod omnibus a locustarum lue vexatis Seleuciadas dare solitus fuerit (eae sunt aves quae in locis propter fanum hoc sitis degunt) et cum petentibus eas dimittere, quae circum locustas una volitantes, et rostris eas capientes, infinitam earum multitudinem statim momento quasi temporis absumebant et homines ab illarum damno liberabant. haec igitur eius temporis mortalium felicitati relinquo, cum genus hoc hominum aetatis nostrae divinum illud beneficium repudiaverit. ceterum

εὐεργεσίαν. τοῖς Παλμυρηνοῖς δὲ χρωμένοις εἰ καθέξουσι τὴν τῆς ἑῴας ἡγεμονίαν, ἔχρησεν ὁ θεὸς οὕτως,

ἔξιτέ μοι μεγάρων, ἀπατήμονες οὖλοι ἄνδρες,
φύτλης ἀθανάτων ἐρικυδέος ἀλγυντῆρες.

πυνθανομένοις δέ τισι περὶ τῆς Αὐρηλιανοῦ κατὰ Παλμυρηνῶν στρατείας ὁ θεὸς ἀνεῖλε

κίρκος τρήρωσιν ἱερὸν γόον ἠγηλάζων,
οἶος πολλῇσιν· ταὶ δὲ φρίσσουσι φονῆα.

58. Καὶ ἕτερον δὲ Παλμυρηνοῖς συνηνέχθη τοιοῦτον. Ἄφακα χωρίον ἐστὶ μέσον Ἡλιουπόλεώς τε καὶ Βίβλου, καθ' ὃ ναὸς Ἀφροδίτης Ἀφακίτιδος ἵδρυται. τούτου πλησίον λίμνη τις ἔστιν ἐοικυῖα χειροποιήτῳ δεξαμενῇ. κατὰ μὲν οὖν τὸ ἱερὸν καὶ τοὺς πλησιάζοντας τόπους πῦρ ἐπὶ τοῦ ἀέρος λαμπάδος ἢ σφαίρας φαίνεται δίκην, συνόδων ἐν τῷ τόπῳ χρόνοις τακτοῖς γινομένων, ὅπερ καὶ μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς ἐφαίνετο χρόνων. ἐν δὲ τῇ λίμνῃ εἰς τιμὴν τῆς θεοῦ δῶρα προσέφερον οἱ συνιόντες ἔκ τε χρυσοῦ καὶ ἀργύρου πεποιημένα, καὶ ὑφάσματα μέντοι λίνου τε καὶ βύσσου καὶ ἄλλης ὕλης τιμιωτέρας· καὶ εἰ μὲν δεκτὰ ἐφάνη, παραπλησίως τοῖς βάρεσι καὶ τὰ ὑφάσματα κατεδύετο, εἰ δὲ ἄδεκτα καὶ ἀπόβλητα, αὐτά τε ἦν ἰδεῖν ἐπιπλέοντα τῷ ὕδατι τὰ ὑφάσματα καὶ εἴ τί περ ἦν ἐν χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ καὶ ἄλλαις ὕλαις, αἷς φύσις οὐκ αἰωρεῖσθαι ἐπὶ τοῦ ὕδατος ἀλλὰ καταδύεσθαι.

3 ἔξιτε μεοῦ Steph., ἔξιτ' ἐμεῦ *S*: correctum apud *R.* 7 pro ἱερὸν non minus apte legeris κρυερὸν aut λυγρόν. *S.* 21 non minus apte ἐκ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ ἄλλης ὕλης, ἧς *S.*

Palmyrenis oraculum consulentibus an Orientis imperium obtenturi essent, in haec verba deus ille respondit:

fallaces, hac aede mea discedite, divum,
a quibus inclyta progenies offenditur usque.

consulentibus etiam nonnullis de Aureliani adversus Palmyrenos expeditione, deus idem oraculum hoc edidit:

falco praeit sacro gemitu compluribus unus,
quae iugulatorem haud cessant horrere, columbis.

58. Praeterea quid aliud tale Palmyrenis accidit. Aphaca locus est medio inter Heliopolim et Biblum itinere, ubi fanum est Veneris Aphacitidis. propter fanum istud lacus quidam est, piscinae manu factae similis. iuxta fanum et vicina loca ignis instar lampadis aut globi conspicitur, quoties statis temporibus ibi conventus habentur; qui quidem ignis ad nostram usque aetatem conspectus fuit. ad lacum dona, quotquot ibi conveniebant, in honorem deae ferebant ex auro et argento facta, itemque telas lineas et byssinas alteriusque materiae pretiosioris. ac si quidem illa viderentur accepta, non aliter ac ponderosa, telae quoque summergebantur, sin essent inaccepta et reiicula, tum ipsas telas aquae videre erat innatantes, tum etiam quicquid ex auro et argento et aliis factum erat materiis, quarum est ea natura ut supra aquam

τῶν Παλμυρηνῶν τοίνυν ἐν τῷ πρὸ τῆς καθαιρέσεως ἔτει συνελθόντων ἐν τῷ τῆς ἑορτῆς καιρῷ καὶ εἰς τιμὴν τῆς θεοῦ δῶρα χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ ὑφασμάτων κατὰ τῆς λίμνης ἀφέντων, πάντων τε τοῦ βάθους καταδυόντων, κατὰ τὸ ἐχόμενον ἔτος ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἑορτῆς ὤφθησαν αἰωρούμενα πάντα, τῆς θεοῦ διὰ τούτου τὰ ἐσόμενα δηλωσάσης.

Ἡ μὲν οὖν εἰς Ῥωμαίους εὐμένεια τοῦ θείου τῆς ἱερᾶς ἁγιστείας φυλαττομένης τοιαύτη· ἐπειδὰν δὲ εἰς ἐκείνους ἀφίκωμαι τοὺς χρόνους ἐν οἷς ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴ κατὰ βραχὺ βαρβαρωθεῖσα εἰς ὀλίγον τι, καὶ αὐτὸ διαφθαρέν, περιέστη, τηνικαῦτα καὶ τὰς αἰτίας παραστήσω τοῦ δυστυχήματος, καὶ τοὺς χρησμοὺς ὡς ἂν οἷός τε ὦ παραθήσομαι τοὺς τὰ συνενεχθέντα μηνύσαντας. (59) ἐπανελθεῖν δὲ τέως καιρὸς ὅθεν ἐξέβην, ἵνα μὴ τὴν τάξιν τῆς ἱστορίας ἀτελῆ δόξω καταλιμπάνειν.

Αὐρηλιανοῦ τοίνυν ἐπὶ τὴν Εὐρώπην ἐλαύνοντος, καὶ συνεπάγοντός οἱ Ζηνοβίαν τε καὶ τὸν παῖδα τὸν ταύτης καὶ πάντας ὅσοι τῆς ἐπαναστάσεως αὐτοῖς ἐκοινώνησαν, αὐτὴν μὲν Ζηνοβίαν φασὶν ἢ νόσῳ ληφθεῖσαν ἢ τροφῆς μεταλαβεῖν οὐκ ἀνασχομένην ἀποθανεῖν, τοὺς δὲ ἄλλους πλὴν τοῦ Ζηνοβίας παιδὸς ἐν μέσῳ τοῦ μεταξὺ Χαλκηδόνος καὶ Βυζαντίου πορθμοῦ καταποντωθῆναι. (60) ἐχομένου δὲ Αὐρηλιανοῦ τῆς ἐπὶ τὴν Εὐρώπην ὁδοῦ, κατέλαβεν ἀγγελία τοιαύτη, ὡς τῶν ἐν Παλμύρᾳ καταλειφθέντων τινὲς Ἀψαῖον παραλαβόντες, ὃς καὶ τῶν προλαβόντων αὐτοῖς γέ-

se non attollant sed demergantur. Palmyreni ergo, cum tempore celebritatis anno ante suum interitum proximo cum aliis huc convenissent, et in honorem deae dona partim aurea partim argentea partim textilia coniecissent in lacum, eaque omnia demergerentur in profundum, anno proximo, celebritatis eiusdem tempore, conspecta fuerunt omnia in superficie fluitantia; qua quidem re dea, quae futura essent, significavit.

Ac numinis quidem Romanis propitii benevolentia, quamdiu sacrorum ritus servabatur, huiusmodi fuit. verum postea, cum ad ea tempora pervenero quibus temporibus Romanum imperium paulatim barbariam quandam induit, ad exiguum quid redactum, quod ipsum quoque corruptum est, etiam causas infelicitatis eius exponam et oracula pro viribus adiiciam, quibus oraculis ea quae contigere fuerunt indicata. (59) nunc vero tempus fuerit ut eo revertar unde digressus sum, ne historiae seriem imperfectam relinquere videar.

Igitur Aureliano versus Europam movente, Zenobiamque cum filio et ceteris omnibus qui rebellionis participes fuerant secum ducente, Zenobiam quidem ipsam aiunt, vel morbo correptam vel a cibis abstinentem, decessisse, reliquos autem, excepto Zenobiae filio, in medio interiecti Chalcedoni Byzantioque freti submersos. (60) eidem Aureliano iter in Europam suum persequenti nuntius allatus est eiusmodi, quosdam relictos apud Palmyram, nactos Apsaeum, qui et praeteritorum auctor eis exstiterat, tentare Marcelli-

γονεν αἴτιος, ἀποπειρῶνται Μαρκελλίνου τοῦ καθεσταμένου τῆς μέσης τῶν ποταμῶν παρὰ βασιλέως ὑπάρχου καὶ τὴν τῆς ἑῴας ἐγκεχειρισμένου διοίκησιν, εἴ πως ἀνέχεται σχῆμα βασίλειον ἑαυτῷ περιθεῖναι. τοῦ δὲ εἰς τὸ διασκέπτεσθαι τὸ πρακτέον ἀναβαλλομένου, τὰ παραπλήσια καὶ αὖθις καὶ πολλάκις ἠνώχλουν. ὁ δὲ ἀποκρίσεσι χρώμενος ἀμφιβόλοις αὐτὸς μὲν Αὐρηλιανῷ τὸ σκεφθὲν κατεμήνυσε, Παλμυρηνοὶ δὲ Ἀντιόχῳ περιθέντες ἁλουργὲς ἱμάτιον κατὰ τὴν Παλμύραν εἶχον. (61) Αὐρηλιανὸς δὲ ταῦτα ἀκηκοὼς αὐτόθεν, ὡς εἶχεν, ἐπὶ τὴν ἑῴαν ἐστέλλετο, καταλαβὼν δὲ τὴν Ἀντιόχειαν καὶ ἵππων ἁμίλλης ἐπιτελουμένης τῷ δήμῳ φανεὶς καὶ τῷ ἀδοκήτῳ πάντας ἐκπλήξας ἐπὶ τὴν Παλμύραν ἤλαυνεν. ἀμαχητὶ δὲ τὴν πόλιν ἑλὼν καὶ κατασκάψας, οὐδὲ τιμωρίας Ἀντίοχον ἄξιον διὰ τὴν εὐτέλειαν εἶναι νομίσας ἀφίησι. σὺν τάχει δὲ καὶ Ἀλεξανδρέας στασιάσαντας καὶ πρὸς ἀπόστασιν ἰδόντας παραστησάμενος, θρίαμβον εἰς τὴν Ῥώμην εἰσαγαγὼν μεγίστης ἀποδοχῆς ἐκ τοῦ δήμου καὶ τῆς γερουσίας ἐτύγχανεν. ἐν τούτῳ καὶ τὸ τοῦ Ἡλίου δειμάμενος ἱερὸν μεγαλοπρεπῶς τοῖς ἀπὸ Παλμύρας ἐκόσμησεν ἀναθήμασιν, Ἡλίου τε καὶ Βήλου καθιδρύσας ἀγάλματα. τούτων οὕτω διῳκημένων, Τέτρικον καὶ ἄλλους ἐπαναστάντας οὐ σὺν πόνῳ καθελὼν κατὰ τὴν ἀξίαν μετῆλθεν. ἤδη δὲ καὶ ἀργύριον νέον δημοσίᾳ διέδωκε, τὸ κίβδηλον

1 *Μαρκελλίνου*] Vopiscus *Sandarionem* vocat. 7 *Ἀντιόχῳ*] Vopiscus *Achilleo*. 18 Sol et Belus idem fuisse dicitur; quare Salmasius ad Vopisc. Aurel. 35 aliam lectionem proponit: *Ἡλίου τοῦ καὶ Βήλου*. Scaliger de binis Palmyrenorum diis patriis, Malachbelo et Aglibelo, in inscriptione memoratis, interpretatur; quod plurali numero, *ἀγάλματα*, magis convenit. *R.*

num Mesopotamiae ab imperatore praefectum, cui et Orientis administratio tradita fuerat, ut imperatoria veste se circumdari pateretur. illo deliberandi causa, quid esset agendum, rem protrahente, consimili modo rursus ac saepius quidem ei molesti erant. verum ipse responsis ambiguis utens, quid illi facere deliberassent Aureliano significabat. Palmyreni autem, cum Antiocho vestem purpuream iniecissent, Palmyrae se continebant. (61) his auditis mox Aurelianus, ut erat instructus, Orientem versus proficiscitur. ubi Antiochiam venisset ac populo peragendis ludis equestribus intento semet exhibuisset, omnibus ob inopinatum eius adventum perterritis, Palmyram copias duxit. cumque sine proelio cepisset oppidum et evertisset, Antiochum propter condicionis humilitatem ne supplicio quidem dignum arbitratus dimisit. Alexandrinis etiam, qui seditiones excitaverant et ad defectionem spectaverant, celeriter in ordinem redactis, cum triumpho Romam ingressus maximo populi senatusque studio exceptus fuit. tunc et templum Solis magnifice constructum donariis, quae Palmyra secum advexerat, ornavit, collocatis in eodem Solis et Beli simulacris. his rebus gestis Tetricum et alios perduelles, nullo labore victos, pro dignitate punivit. itidem novam monetam publice

ἀποδόσθαι τοὺς ἀπὸ τοῦ δήμου παρασκευάσας, τούτῳ τε τὰ συμβόλαια συγχύσεως ἀπαλλάξας. ἐπὶ τούτοις καὶ ἄρτων δωρεᾷ τὸν Ῥωμαίων ἐτίμησε δῆμον. διαθέμενος δὲ ἅπαντα τῆς Ῥώμης ἐξώρμησε. (62) διατρίβοντι δὲ αὐτῷ κατὰ τὴν Πέρινθον, ἣ νῦν Ἡράκλεια μετωνόμασται, συνίσταταί τις ἐπιβουλὴ τοιάδε. ἦν τις ἐν τοῖς βασιλείοις Ἔρως ὄνομα, τῶν ἔξωθεν φερομένων ἀποκρίσεων μηνυτὴς τεταγμένος. τούτῳ πταίσματός τινος ἕνεκεν ὁ βασιλεὺς ἀπειλήσας ἐς φόβον κατέστησε. καὶ δεδιὼς μὴ ταῖς ἀπειλαῖς ἔργον ἐπιτεθείη, τῶν δορυφόρων τισίν, οὓς μάλιστα τολμηροτάτους ᾔδει, κοινολογεῖται, καὶ γράμματα δείξας ἅπερ ἦν εἰς τύπον τῶν βασιλέως γραμμάτων αὐτὸς μιμησάμενος (ἐκ πολλοῦ γὰρ οἱ τὰ τῆς μιμήσεως ἐμεμελέτητο) πείθει θάνατον ὑφορωμένους (τοῦτο γὰρ ἦν ἐκ τῶν γραμμάτων τεκμήρασθαι) πρὸς τὴν κατὰ τοῦ βασιλέως ὁρμῆσαι σφαγήν. ἐπιτηρήσαντες οὖν αὐτὸν ἐξιόντα τῆς πόλεως δίχα τῆς ἀρκούσης φυλακῆς ἐπελαύνουσι, καὶ πάντες ἐπαγαγόντες τὰ ξίφη διώλεσαν. αὐτὸς μὲν οὖν ἐτάφη μεγαλοπρεπῶς αὐτόθι παρὰ τοῦ στρατοπέδου τῶν ἔργων ἕνεκα καὶ τῶν κινδύνων, οὓς ὑπὲρ τῶν κοινῶν ἀπεδείξατο πραγμάτων.

Tacitus. a. 275

63. Τακίτου δὲ τὴν Ῥώμης ἀναδησαμένου βασιλείαν καὶ τὴν ἀρχὴν ἔχοντος, Σκύθαι διὰ τῆς Μαιώτιδος λίμνης περαιωθέντες διὰ τοῦ Πόντου τὰ μέχρι Κιλικίας ἐπέδραμον. οἷς ἐπεξελθὼν

6 Ἔρως] Vopiscus *Mnestheus*. 12 θανάτου P. 20 τὴν Ῥώμης] libri τῆς. ἀναδεξαμένου L. βασιλείας apud Stephanum, βασίλεια apud S.

τέρου τοίνυν κήρυκας περὶ τούτου πρὸς Βετρανίωνα στείλαντος εἵλετο Κωνσταντίῳ θέσθαι μᾶλλον ἢ Μαγνεντίῳ. τῶν οὖν Μαγνεντίου πρέσβεων ἀναχωρησάντων ἀπράκτων συνελθεῖν εἰς ταὐτὸ τὰ στρατόπεδα Κωνστάντιος παρεκάλει, καὶ σκέμμα κοινὸν περὶ τοῦ πρὸς Μαγνέντιον προτεθῆναι πολέμου. παραχθέντος δὲ Βετρανίωνος τοῖς Κωνσταντίου λόγοις, ἐπὶ βήματός τινος ἐπὶ τούτῳ κατασκευασθέντος ἀνέβησαν. Κωνστάντιος τοίνυν λαχὼν πρῶτος εἰπεῖν διὰ γένους ἀξίωσιν, πανταχοῦ τῶν λόγων τῆς τοῦ πατρὸς ἀνεμίμνησκε τοὺς στρατιώτας φιλοτιμίας καὶ τῶν ὅρκων οὓς ὀμωμόκασιν, ἦ μὴν εὔνοιαν τοῖς τούτου φυλάξειν παισίν, ἠξίου τε μὴ περιιδεῖν ἀθῷον ἀναχωροῦντα Μαγνέντιον, Κωνσταντίνου παιδὸς ὄντα φονέα, μεθ' οὗ πολλοὺς πολέμους διεπόνησαν καὶ μεγίσταις ἐτιμήθησαν δωρεαῖς. τούτων ἀκηκοότες οἱ στρατιῶται, προκατειλημμένοι τε δώροις ἁδροῖς, τὰ κίβδηλα τῆς βασιλείας ἐξεβόησαν ἐκκαθαίρεσθαι, καὶ ἅμα Βετρανίωνα τῆς ἐσθῆτος ἐκδύσαντες κατήγαγον ἐκ τοῦ βήματος ἰδιώτην. Κωνστάντιος δὲ οὐδὲν ἄχαρι παθεῖν αὐτὸν συγχωρήσας ἐδίδου βίον αὐτῷ διατρίβοντι κατὰ τὴν Βιθυνίαν ἀρκοῦντα. καὶ βιοὺς ἐν ταύτῃ χρόνον οὐκ ἔχων ἔτι πράγματα τετελεύτηκε.

45. Τούτῳ τῷ τρόπῳ τῆς κατὰ Βετρανίωνος ἀπάτης εἰς
a. 351 ἔργον ἐκβάσης, ἐπὶ Μαγνέντιον ἐλαύνων Κωνστάντιος Γάλλον, ὄντα τοῦ θείου παῖδα, Ἰουλιανοῦ δὲ τοῦ μετὰ ταῦτα βασιλεύσαν-

11 μὴ] μήτε libri.

itaque cum uterque legatos ad Vetranionem hoc nomine misisset, ille Constantio quam Magnentio maluit assentiri. ubi rebus infectis Magnentii legati discessissent, Constantius petebat ut in unum copiae cogerentur, et publicum de gerendo contra Magnentium bello consilium haberetur. Vetranione Constantii verbis decepto, quoddam in tribunal hac ipsa de causa paratum adscenderunt. Constantius, priorem dicendi locum ob generis dignitatem nactus, nulla non orationis parte militibus liberalitatem paternam ad animum revocare cum iis sacramentis, quibus sancte promisissent omni se benevolentia filios ipsius complexuros; simul petere ne committerent, ut impune Magnentius evaderet, qui Constantini filium occidisset, quocum multa bella confecissent et a quo muneribus affecti maximis essent. haec ubi milites audivissent, opimis iam ante donis occupati, adulterinos imperatores expurgandos esse clamarunt. simul exutum purpura Vetranionem tribunali detrahunt, ut privatus viveret. Constantius autem, nihil passus in illum designari gravius, in Bithynia vitam exigenti sumptum pro victu necessarium assignavit. ubi cum ad tempus aliquod superstes fuisset negotiis et curis solutus, rebus humanis excessit.

45. Hoc modo cum dolus adversus Vetranionem reipsa successisset, Constantius in Magnentium copias ducens Gallum patrui filium, germanum eius Iuliani fratrem qui secundum haec imperavit, Caesarem appellat, eidem

τος ἀδελφὸν ὁμοπάτριον, Καίσαρα καθίστησι, καὶ Κωνσταντίαν αὐτῷ κατεγγυήσας τὴν ἀδελφήν, εἴτε τοῖς Περσῶν πολέμοις ἀντιστησόμενον, εἴτε, ὅπερ ἦν ἀληθές, πρόφασιν τῆς αὐτοῦ βουλόμενος εὑρεῖν ἀναιρέσεως· μόνοι γὰρ ἔτυχον αὐτός τε καὶ ὁ ἀδελφὸς ἐκ τοῦ Κωνσταντίου γένους περιλειφθέντες, τῶν ἄλλων πρὸς αὐτοῦ πάντων ἀνῃρημένων, ὡς διεξήλθομεν ἤδη. τούτῳ μὲν οὖν τὸ τοῦ Καίσαρος ἐπιτίθησι σχῆμα, Λουκιλλιανῷ δὲ τὸν πρὸς Πέρσας ἐπιτρέψας πόλεμον αὐτὸς ἐπὶ Μαγνέντιον ἐχώρει, καὶ τὰ Βετρανίωνος στρατόπεδα τοῖς οὖσιν αὐτῷ συμπαραλαβών. καὶ Μαγνέντιος δὲ μείζοσι παρασκευαῖς ἐγνωκὼς ἀπαντῆσαι, Δεκέντιον γένει συναπτόμενον ἐπὶ φυλακῇ τῶν ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἐθνῶν ἀναδείκνυσι Καίσαρα. τῶν δὲ στρατοπέδων ἐν Παιονίαις συνδραμόντων καὶ περὶ Μοῦρσαν πόλιν ἀλλήλων ἐγγὺς γενομένων, ἐν τοῖς περὶ τὰ Ἄδρανα τέμπεσι καθίσας ὁ Μαγνέντιος λόχον ἐπιπέμπει τινὰ τοῖς Κωνσταντίου στρατηγοῖς ἄγγελον, τὴν πορείαν ἀναβαλλόμενον, ὅπως ἂν Σισκίαν οἱ ἐναντίοι καταλάβωσιν· ἐν ταύτῃ γὰρ αὐτόν, ὡς ἀναπεπταμένα πεδία ἐχούσῃ, μάχην συνάψειν. ταῦτα Κωνστάντιος ἀκούσας, καὶ περιχαρὴς τῇ ἀγγελίᾳ γενόμενος, εἰ μέλλοι τῇ ἵππῳ πλεονεκτῶν ἐν ἱππασίμοις πολεμήσειν χωρίοις, ἐξανέστησεν ὡς ἐπὶ Σισκίαν τὸν στρατόν. προϊοῦσι δὲ αὐτοῖς ἀνόπλοις καὶ ἀσυντάκτοις (οὐδὲ γὰρ ἤλπιζόν τι τῶν ἐσομένων) ἐπιπεσόντες οἱ κατὰ ἐνέδραν τοῖς τέμπεσι καθίσαντες λόχοι, καὶ λίθοις ἅπαντας ὡς εἰπεῖν καταχώσαντες, τῆς

1 Ammiano *Constantina.* 5 *Κωνσταντείου* P. 15 *τινὰ* add P. 16 *ἂν*] *ἂν εἰς* libri. 19 *ἐν* om P. 22 *ἔνεδραν* P. *προκαθίσαντες* P.

sorore Constantia desponsa, sive ut Persis resisteret, sive, quod verum erat, ut occasionem eius interficiendi reperiret: nam solus hic cum fratre de Constantini genere superabat, aliis omnibus iam adeo necatis, uti commemoravimus. hoc igitur cultu Caesaris ornato, et Lucilliano commisso bello Persico, contra Magnentium ipse pergebat, Vetranionis ad suas adiunctis copiis. Magnentius quoque maiori apparatu occurrendum ratus, Decentium propinquum suum, ut praesidio transalpinis nationibus esset, Caesarem declarat. posteaquam exercitus in Pannoniis convenissent, et iuxta Mursam oppidum ad se in vicem propius accessissent, Magnentius ad eas fauces quae Adranis adiacent collocatis insidiis ad Constantii duces nuntium mittit, qui eius itineri moram iniiceret, ut hostes Sisciam venire possent; quo loco Magnentium proelii copiam facturum aiebat, ut qui patentes campos haberet. his auditis Constantius, eoque nuntio non mediocriter laetatus, quod idoneis equitatui locis dimicaturus esset, qui copiis equestribus hostem superaret, castra Sisciam versus movet. in eius milites, qui et inermes et nullis servatis ordinibus incederent, nec id vererentur quod futurum erat, cum irruissent eae cohortes quae insidiarum causa fauces insederant, omnes prope la-

περαιτέρω διαβάσεως ἀπεκώλυσαν. (46) πολλῶν δὲ πεσόντων Μαγνέντιος μὲν ἐπὶ τοσούτῳ πλεονεκτήματι μεγαλαυχούμενος, ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν, οὐκ ἠνείχετο τῆς ἐπὶ πλεῖον τοῦ πολέμου τριβῆς, ἀλλὰ ἐπὶ Παιονίαν ἐχώρει, καὶ παραγενόμενος ἐν τοῖς πρὸ τοῦ Πετοβίου πεδίοις, ἅτινα μέσα τέμνων Δρᾶος ὁ ποταμός, Νωρικοὺς καὶ Παίονας παραμείψας, ἐπὶ τὸν Ἴστρον ἐκδίδωσιν, ἐπὶ Παίονας ἤλαυνε, Σιρμίου πλησίον συνάψαι τὴν μάχην διανοούμενος. φασὶ δὲ ὡς τῆς μητρὸς αὐτῷ ταύτην ἀπαγορευούσης τὴν ὁδὸν καὶ κελευούσης ἐπὶ Ἰλλυριοὺς διαβαίνειν ἠπείθησε, καὶ ταῦτα μάντιν ἀληθῆ ταύτην εἶναι πολλαῖς προλαβούσαις προρρήσεσι πεπεισμένος. ἀλλὰ Μαγνεντίου διανοουμένου πότερον χρὴ γεφύρᾳ περαιωθῆναι τὸν Σάον ποταμὸν ἢ ζεῦξαι πλοῖα καὶ ταύτῃ διαβιβάσαι τὸ στράτευμα, Κωνστάντιος ἐκπέμπει Φίλιππον, τῶν ἐν μεγίστοις ἀξιώμασιν ἄνδρα καὶ φρονήσει προέχοντα, τῷ μὲν προφανεῖ περὶ σπονδῶν καὶ εἰρήνης διαλεξόμενον, τοῖς δὲ ἀληθέσι τὴν Μαγνεντίου πολυπραγμονήσοντα δύναμιν, καὶ ἣν ἔχει περὶ τὸν πόλεμον ἔννοιαν, καὶ ποίαις ὁδοῖς χρῆσθαι διανοεῖται. ὁ δὲ ἐπειδὴ πλησίον ἦν, συνήντησε Μαρκελλίνῳ μεγίστην παρὰ Μαγνεντίῳ δύναμιν ἔχοντι, καὶ σὺν αὐτῷ πρὸς Μαγνέντιον ᾔει. συναγαγὼν τοίνυν εἰς ἐκκλησίαν τὸ στράτευμα, λέγειν ἐκέλευε Φιλίππῳ τὴν αἰτίαν δι' ἣν παραγέγονεν. ὁ δὲ πρὸς μὲν τὸ στρατόπεδον ἔλεγεν ὡς οὐ προσήκει Ῥωμαίοις ὄντας ὑπηκόους κατὰ

5 Πετοβίου *H*: LP ποτὲ κίου, L margo ποτεκίου. 9 κωλυούσης vulgo: corr *R*. 10 μάντιν] μέν τινα P. 11 χρὴ γεφύρᾳ] libri γεφύρῃ.

pidibus obrutos ulterius transire prohibuerunt. (46) compluribus caesis, Magnentius ob rem tam bene gestam magnopere se iactitans, sumptis secum copiis, bellum diutius extrahi non patitur, sed in Pannoniam contendit. cumque pervenissent ad sitos ante Petobium campos, quos medios Dravus amnis intersecans, Noricos et Pannonios praeterlapsus, in Istrum semet exonerat, in Pannonios militem ducit, quod prope Sirmium manum cum hoste conserere cogitaret. aiunt autem Magnentium matri, quae illi hoc itinere interdiceret et transitum ad Illyrios iuberet, non paruisse, quanquam de multis superiorum temporum praedictionibus eam veram vatem esse persuasum haberet. interea deliberante Magnentio Savumne fluvium ponte facto transiiceret, an iunctis navigiis ita militem transportaret, Philippum Constantius ablegat, unum ex iis qui maximis in dignitatibus erant constituti, et prudentia praestantem, specie quidem tenus de foedere ac pace collocuturum, reapse vero Magnentii copias curiosius exploraturum, et quodnam ipsius de summa belli consilium esset, quibusve cogitaret itineribus uti, pervestigaturum. cum prope Philippus a castris abesset, Marcellinum obvium habuit, hominem maximae potestatis apud Magnentium, et cum hoc ad Magnentium accessit. is convocatis ad concionem militibus Philippum causam edicere iubet ob quam advenisset. tum ille ad exercitum quidem dicere non ipsos decere, Romanis

Ῥωμαίων πόλεμον ἄρασθαι, καὶ μάλιστα Κωνσταντίνου παιδὸς βασιλεύοντος, μεθ' οὗ πολλὰ κατὰ βαρβάρων ἔστησαν τρόπαια, πρὸς δὲ Μαγνέντιον ὡς δέοι μνήμην ἔχειν αὐτὸν τοῦ Κωνσταντίνου καὶ τῶν περὶ αὐτόν τε καὶ τοὺς αὐτοῦ γονέας εὐεργεσιῶν· δεδέχθαι γὰρ ὑπ' ἐκείνου καὶ μεγίστων ἠξιῶσθαι τιμῶν. καὶ ταῦτα διεξελθὼν παραχωρῆσαι μὲν ᾔτει Μαγνέντιον Ἰταλίας, ἔχειν δὲ τὰ ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνη καὶ τούτων ἄρχειν ἁπάντων. (47) ταῦτα ῥηθέντα παρὰ Φιλίππου μικροῦ δεῖν ἅπαν τὸ στράτευμα συνετάραξεν. ἐφ' οἷς ὀρρωδήσας ὁ Μαγνέντιος, καὶ σὺν πολλῷ πόνῳ καταστήσας τοὺς στρατιώτας εἰς τὸ λέγειν τι βουλόμενον αὐτὸν ὑπομεῖναι, τὴν μὲν εἰρήνην ἀσμενίζειν καὶ αὐτὸς ἔλεγε, λύειν δὲ τέως τὴν ἐκκλησίαν ἐκέλευεν, ἄχρις ὅτε τὸ πρακτέον σκοπήσας, ἣν ἔχει περὶ τούτων γνώμην τῇ ὑστεραίᾳ μηνύσειεν. ἐπὶ τούτῳ τῆς συνόδου λυθείσης Μαρκελλῖνος μὲν ἐδέχετο Φίλιππον ὡς ἐπιξενωθησόμενον αὐτῷ, Μαγνέντιος δὲ καθ' ἑαυτὸν ἔστρεφε γνώμην, πότερον χρὴ Φίλιππον ἄπρακτον ἀποπέμπειν ἢ κατέχειν παρ' ἑαυτῷ, τὸν ἐπὶ τοῖς πρέσβεσι πατοῦντι θεσμόν. τέως δὲ τοὺς λοχαγοὺς καὶ δεκαδάρχας, καὶ ὅσοι ταῖς τάξεσι τῶν στρατιωτῶν ἐφεστᾶσιν, ἐδόκει δειπνίζειν αὐτῷ, καὶ παρὰ τὸ δεῖπνον ἣν εἶχε γνώμην ἐκφῆναι. πράξας δὲ τοῦτο, γενομένης ἡμέρας αὖθις τὸ στράτευμα συναγείρας, ὅσα Κώνστας εἰς αὐτοὺς ἐπαρῴνησε διεξῄει, καὶ ὅπως οὐκ ἐνεγκόντες τὸ μέγε-

12 τέως εἰς τὴν P. 20 non minus recte legeris ἔχει. S.

subiectos, adversus Romanos arma gerere, praesertim imperante Constantini filio, quocum multa de barbaris tropaea statuissent: ad Magnentium vero, par esse, Constantini memoriam coleret, et eorum beneficiorum quibus et ipsum et parentes ipsius affecisset. nam ab eo in fidem et clientelam receptum esse maximosque consecutum honores. quibus expositis postulabat ut Italia Magnentius cederet ac transalpinas nationes retineret, eisque cum imperio praeesset universis. (47) haec a Philippo dicta prope totum conturbaverunt exercitum. quapropter in metum coniectus Magnentius, multoque labore permotis militibus ut se conantem aliquid proloqui tolerarent, se quoque pacem amplecti dixit; simulque concionem dimitti iussit interea, dum ipse, considerato quid agendum esset, sententiam hac de re suam postridie indicasset. concione dimissa, Marcellinus Philippum excipit uti quocum ius hospitii constituturus esset. Magnentius autem secum ipse disputabat an Philippus infecta re dimittendus esset, an iure legatorum violato retinendus. interim cohortium praefectos et decuriones, et quotquot militum ordinibus cum imperio praeerant, visum est adhibere cenae ac inter cenandum sententiam animi declarare. quod cum fecisset, ac postridie milites iterum convocasset, quaecunque Constans in eos per temulentiam admisisset commemorabat, simul adiiciens, milites ipsos, non ferentes magnitudinem facinorum

θος ὢν εἰς τὸ πολίτευμα παρηνόμει πάντες ἐπὶ τὸ κοινῇ λυσιτελοῦν ὥρμησαν, ἐλευθερώσαντες δὲ πονηροῦ θηρίου τὰς πόλεις αὐτῷ τὴν βασιλείαν ἐπέθηκαν ἄκοντι. (48) ταῦτα λέγοντος ἐξανέστησαν ἅπαντες εἰς τὸ πολεμεῖν, καὶ παραχρῆμα τὰς ὁπλίσεις ἀναλαβόντες ὥρμησαν ἐπὶ τὸ περαιωθῆναι τὸν Σάον. ἀπαγγειλάντων δὲ τῶν κατασκόπων τὴν ἔφοδον, οἱ Σισκίαν τὴν πόλιν φυλάττοντες ἐπικειμένην τῇ ὄχθῃ τοῦ Σάου τοὺς μὲν κατηκόντιζον ἐπιβῆναι τῆς ὄχθης τοῦ ποταμοῦ βουλομένους, τοῖς δὲ ἀνθίσταντο τὴν γέφυραν διαβαίνειν ἐπιχειροῦσιν, ὡς πολλοὺς μὲν κατασφαγῆναι, πλείους δὲ ὑπὸ ἑαυτῶν ὠθουμένους καὶ τῶν ἐναντίων εἰς τὸν ποταμὸν ἐμπεσεῖν. φόνου δὲ γενομένου πολλοῦ καὶ τῶν μὲν ἐν τῷ φεύγειν τῆς τοῦ ποταμοῦ γεφύρας ἀποπιπτόντων, τῶν δὲ σὺν τόνῳ πολλῷ διωκόντων, εἰς ἔσχατον ἐλθὼν ὁ Μαγνέντιος κακοῦ τοιάδε μηχανησάμενος τὸν ἐνεστῶτα διαδρᾶναι κίνδυνον οἷός τε γέγονε. πήξας ἐν τῇ γῇ τὸ δόρυ, καὶ τῇ δεξιᾷ νεύσας τοῖς ἐναντίοις ὡς δή τι βουλόμενος εἰπεῖν εἰρηναῖον, ἐπειδὴ τὴν ἀκοὴν εἶδεν ὑπέχοντας, οὐ δίχα τῆς τοῦ βασιλέως κελεύσεως ἔφη τὸν Σάον ἐθελῆσαι περαιωθῆναι, Φιλίππου δὲ εἰπόντος χρῆναι τὴν Ἰταλίαν αὐτὸν καὶ Νωρικοὺς ἀπολιπόντα τὴν Ἰλλυρίδα καταλαβεῖν καὶ ἐν ταύτῃ τοὺς περὶ τῶν σπονδῶν ποιήσασθαι λόγους. τούτων ἀκηκοὼς τῶν λόγων Κωνστάντιος ἀπέστησε μὲν τῆς διώξεως τοὺς οἰκείους, ἐνεδίδου δὲ Μαγνεντίῳ τὴν ἑαυτοῦ στρατιὰν εἰς τὰ μεταξὺ Νωρικοῦ καὶ Παιονίας καὶ Μυσίας καὶ Δακίας πε-

10 καὶ om P.   17 ἐπέχοντας P.   20 τῶν om P.

quibus ille rem publicam per scelus et iniuriam vexasset, omnes ad id progressos fuisse quod expediret publice. civitatibus autem dira bellua liberatis, invito sibi ab eis oblatum imperium. (48) haec cum proferret, omnes ad bellum persequendum consurgere, statimque captis armis ad transiiciendum Savum progredi. quorum adventum cum speculatores nuntiassent, quotquot erant in oppidi Sisciae praesidio, quod in ripa Savi situm est, alios in ripam fluminis adscendere volentes telis configebant, aliis pontem transire conantibus resistebant, ita quidem ut multi trucidarentur, plures partim ab se ipsis partim ab hostibus impulsi in fluvium praecipitarentur. ingenti caede facta, cum inter fugiendum illi de fluminis ponte caderent, hi magno cum impetu persequerentur, Magnentius in summum discrimen adductus huiusmodi machinatione praesens evitare periculum potuit. hasta in terram defixa, cum nutu dextrae significasset hostibus se de pace quid agere velle, ubi aures sibi praeberi vidit, non imperatoris iniussu Savum se transiicere voluisse inquit, sed a Philippo monitum, Italia Noricisque relictis Illyricum peteret atque ibi de foedere ageret. his auditis Constantius suos a persequendo revocat, et Magnentio facultatem concedit ut exercitum suum ad campos inter Noricum Pannoniam Moesiam Daciamque sitos traduceret,

δία μεταστῆσαι, τῶν μὲν δυσχωριῶν ἀπαλλαγῆναι βουλόμενος, ὡς δὲ τῇ ἵππῳ πλεονεκτῶν ἐν ἱππασίμοις αὐτὸν καταπολεμῆσαι χωρίοις. ἐκβάσης δὲ τῆς σκέψεως εἰς ἔργον αὐτῷ, τόπον ἐπιτήδειον εἰς τὸ πληρῶσαι τὸ σπουδαζόμενον ἐνόμισεν εἶναι τὴν Κίβαλιν, ἐν ᾗ καὶ Κωνσταντῖνος μάχην Λικιννίῳ συνάψας ἐνίκησε κατὰ κράτος. θέσιν γὰρ ἐχούσης τῆς πόλεως οἵαν ἀφηγούμενος τὰ τότε πραχθέντα διεξῆλθον, μέρος μὲν τοῦ στρατεύματος εἶχεν ἐν ταύτῃ, χάρακα δὲ μεταξὺ τοῦ λόφου τοῦ τὴν πόλιν ἔχοντος καὶ τοῦ μέχρι τοῦ Σάου ποταμοῦ πεδίου κατασκευάσας, πᾶν μὲν ὅσον οὐ διέζωστο τῷ ποταμῷ τάφρῳ βαθείᾳ καὶ χάρακι πυκνῷ περιέβαλεν, ὅσον δὲ ὁ ποταμὸς περιεῖχε ναυσὶ συμπλακείσαις ἀλλήλαις ἐγεφύρωσε, διαλύων τὴν γέφυραν, ὁπότε δοκοίη, καὶ πάλιν ῥᾷστα συνάπτων. ἐν τούτῳ σκηνὰς τῷ πλήθει πηξάμενος, καὶ βασιλικὴν ἐν τῷ μεσαιτάτῳ κατασκευάσας σκηνήν, τῶν εἰς μέγεθος καὶ κάλλος ἐξησκημένων πόλεων κατ' οὐδὲν διαλλάττουσαν ἀνέδειξε. τῶν δὲ ταξιάρχων καὶ λοχαγῶν βασιλέως δειπνοποιοῦντος εὐωχουμένων, μόνοι Λατῖνος καὶ Θάλασσος, τὰ πρῶτα παρὰ βασιλεῖ φέροντες, τῆς θοίνης οὐ μετεῖχον, Φιλίππου πεφροντικότες, ὃν ἐπὶ πρεσβείᾳ πρὸς αὐτὸν σταλέντα Μαγνέντιος εἶχεν.

49. Ἀλλὰ τοῦτο βουλευομένων αὐτῶν ἧκε Τιτιανός, εἷς τῶν ἀπὸ τῆς ἐν Ῥώμῃ συγκλήτου βουλῆς, λόγους ἀπὸ Μαγνεν-

11 περιεῖχε Stephanus: παρεῖχε LP. 16 ἀντέδειξε P. ταξιαρχῶν libri.

quod impeditis istis locis liberari cuperet, et cum hoste in agris equitatui opportunis confligere equestribus ipse copiis superior. id consilium cum ei successisset, locum peridoneum ad efficiendum id quod tanto cupiebat opere arbitratus est esse Cibalim, ubi Constantinus quoque Licinium summis viribus conserto proelio superaverat. nam cum is sit eius oppidi situs, quem id temporis gesta commemorans exposui, partem exercitus habebat in oppido; valloque inter collem qui oppidum continet et planitiem ad Savum usque fluvium pertinentem excitato, quicquid flumine cinctum non esset, profunda fossa densoque vallo communivit, quicquid autem flumine clauderetur, id ponte facto ex navigiis inter se connexis stravit, ita ut pontem pro arbitrio solveret et eundem nullo rursus negotio iungeret. hic et tabernacula militum vulgo fixit et regium loco maxime medio tentorium construxit; adeoque ut haec castra oppidis eximia magnitudine atque elegantia ornatis nulla sui parte cederent effecit. cum autem suis epulum daret imperator, et ordinum duces atque cohortium cenae adhiberentur, soli Latinus et Thalassus, qui principem locum apud imperatorem obtinebant, convivio non intererant, de Philippo solliciti, quem Magnentius legationis missum nomine secum habebat.

49. Dum illi de hoc consultant, venit Titianus, e patrum Romae conscriptorum numero, superbas a Magnentio voces perferens; ac multis con-

τίου φέρων ὑπερηφάνους, ὃς κατὰ Κωνσταντίνου καὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ γεγονότων ἄτοπα πολλὰ συμφορήσας, καὶ τὴν τῶν πόλεων ἀπώλειαν τῇ περὶ τὴν ἀρχὴν ἀναθεὶς ἐκμελείᾳ, τῆς ἀρχῆς ἐκέλευεν ἐκστῆναι Μαγνεντίῳ Κωνστάντιον, εἰ ζῆν αὐτῷ μετ' ἀσφαλείας συγχωρήσειεν ἀγαπῶντα. τοῦ δὲ θεόν τε καὶ δίκην αἰτήσαντος γενέσθαι τιμωροὺς τοῦ Κώνσταντος φόνου, σὺν αὐτοῖς τε πολεμήσειν εἰπόντος, Τιτιανὸς μὲν πρὸς Μαγνέντιον ἐπανιέναι συνεχωρεῖτο, καὶ ταῦτα Φιλίππου παρ' ἐκείνῳ μεμενηκότος, Μαγνέντιος δὲ προαγαγὼν τὸν στρατόν, Σισκίαν ἑλὼν ἐξ ἐφόδου κατέσκαψεν, ἐπελθὼν δὲ πάντα τὰ περὶ τὸν Σάον χωρία καὶ λείαν πλείστην ἀπαγαγὼν ἐπὶ τὸ Σίρμιον ἤλαυνεν, ἀμαχητὶ καὶ ταύτην αἱρήσειν οἰόμενος. διαμαρτὼν δὲ τῆς ἐγχειρήσεως (ἀπεκρούσθη γὰρ ὑπό τε τοῦ πλήθους τῶν οἰκητόρων καὶ τῶν ἐπιτεταγμένων τὴν πόλιν φυλάττειν στρατιωτῶν) ἐπὶ τὴν Μοῦρσαν ἐχώρει ἅμα τῇ δυνάμει πάσῃ. τῶν δὲ κατὰ τὴν πόλιν ἀποκλεισάντων αὐτῷ τὰς πύλας καὶ εἰς τὰς ἐπάλξεις ἀναβάντων ἠπόρει περὶ τὸ πρακτέον ὁ Μαγνέντιος, οὔτε μηχανὰς ἔχων οὔτε ἄλλως πλησιάσαι τῷ τείχει δυνάμενος· κατηκοντίζετο γὰρ βέλεσί τε καὶ λίθοις ὑπὸ τῶν ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων μαχομένων. ἐπεὶ δὲ καὶ Κωνσταντίῳ τὰ περὶ τῆς πολιορκίας ἠγγέλθη, μετὰ πάσης ἐξαναστὰς τῆς δυνάμεως παρεγένετο βοηθήσων τῇ πόλει κινδυνευούσῃ, παραμείψας Κίβαλιν καὶ γῆν ἅπασαν ὅσην ὁ Δρᾶος παραρρεῖ ποταμός.

50. Μούρσῃ δὲ πλησιάσας ὁ Μαγνέντιος πῦρ προσῆγε

21 παραμείψας δὲ P.

tumeliosis in Constantinum et filios eius congestis, et urbium interitu ad horum in gubernatione socordiam relato, Constantium imperio cedere Magnentio iussit, et aequi bonique facere, si vel de vitae securitate ei cavisset. at ille precatus deum atque Vindictam, interempti Constantis ultores essent, iis se locis bellum gesturum ait. atque ita Titiano potestas ad Magnentium redeundi facta fuit, licet Philippus apud illum detentus haereret. Magnentius eductis copiis Sisciam primo captam impetu delevit. cumque loca propter Savum omnia invasisset, maximamque praedam egisset, Sirmium duxit, eo quoque citra pugnam potiturum semet existimans. sed hoc conatu frustratus (quippe tam ab incolarum multitudine repulsus fuit quam a militibus, quibus datum fuerat urbis negotium) Mursam universis cum copiis contendit. cum autem ii qui erant in urbe portas occlusissent, et in propugnacula successissent, Magnentius quo pacto rem aggrederetur animi dubius haerebat, qui neque machinas ullas haberet nec alia ratione murum subire posset. telis enim saxisque petebatur ab iis qui de pinnis pugnabant. itidem fama obsidionis ad Constantium perlata, universis ille cum copiis opem urbi periclitanti laturus accessit, cum et Cibalim et universam regionem, per quam Dravus amnis labitur, a tergo reliquisset.

50. Interim Magnentius, suis Mursae propius admotis, ignem portis

ταῖς πύλαις, ὡς ἂν τοῦ καλύπτοντος τὰ ξύλα σιδήρου δαπανηθέντος εἴξαντα τῷ πυρὶ τὴν εἰς τὴν πόλιν εἴσοδον ἀναπετάσαι τῷ στρατῷ. τοῦτο μὲν οὖν αὐτῷ πρὸς ἔργον οὐκ ἤχθη, τῶν ἐπὶ τοῦ τείχους ὕδατι πολλῷ κατασβεννύντων τὸ πῦρ· τὸν δὲ Κωνστάντιον προσαγαγόντα τῇ Μούρσῃ πυθόμενος ἕτερόν τι μηχανᾶται τοιόνδε. στάδιον ἦν τι πρὸ τῆς πόλεως τῶν ἀφορισθέντων ἄνωθεν τῇ τῶν ὁπλομάχων ἁμίλλῃ, πανταχόθεν ὕλαις ἀμφηρεφές. τούτῳ Κελτῶν φάλαγγας τέσσαρας ἐναπέκρυψεν, ἐγκελευσάμενος, ἐπειδὰν ἐφισταμένου Κωνσταντίου μέλλοι πρὸ τῆς πόλεως συνάπτεσθαι μάχη, τοῖς ἐναντίοις ἐπελθεῖν ἀδοκήτοις, ὥστε αὐτοὺς ἐν μέσῳ ληφθέντας πανωλεθρίᾳ διαφθαρῆναι. τούτου δὲ τοῖς ἐφεστῶσι τῷ τείχει γνωσθέντος εὐθὺς ὁ Κωνστάντιος Σκολιδώαν καὶ Μαναδὸν τοὺς ταξιάρχας ἐξέπεμπεν· οἱ δὲ τοὺς ὑπ' αὐτοῖς τεταγμένους ὁπλίτας τε καὶ τοξότας ἀριστίνδην ἑλόμενοι τὰς θύρας τοῦ σταδίου πάσας ἀπέκλεισαν, ἀπολαβόντες δὲ τοὺς ὑπερκειμένους τούτου βαθμοὺς πανταχόθεν τε τοὺς ἐν τῷ σταδίῳ κυκλώσαντες κατετόξευσαν. ἐπεὶ δέ τινες αὐτῶν ἐπιθέντες τὰ σάκη ταῖς κεφαλαῖς ἐπειράθησαν τοῦ σταδίου διαρρῆξαι τὰς θύρας, ὁμοῦ συμπεσόντες καὶ τούτους βέλεσί τε βάλλοντες καὶ θείνοντες ξίφεσι διέμειναν, ἄχρις ὅτε διέφθειραν ἅπαντας. τούτῳ τῷ τρόπῳ τῆς Μαγνεντίου διαπεσούσης ἐπιβουλῆς καὶ τῆς ἐνέδρας εἰς τοὐναντίον αὐτῷ περιστάσης, εἰς ταὐτὸν ἀμφότερα γενόμενα τὰ στρατεύματα συνέπιπτεν ἀλλήλοις ἐν τῷ πρὸ τῆς Μούρσης πεδίῳ. μάχης τε

2 τὴν post εἰς add S. ἀναπετάσαιεν L. 9 πρὸ] τοῖς πρὸ P. 19 κτείνοντες L.

intulit, ut ferro consumpto, quod ligna tegeret, exercitui aditum in urbem igni patefactum aperiret. verum hoc ei non successit, cum ii qui consistebant in moenibus ignem magna vi aquae restinguerent. at ubi Constantium propius a Mursa iam abesse comperisset, aliud quiddam huiusmodi molitur. erat ante urbem stadium quoddam, attributum superiori memoria eorum certamini qui se armati exercerent, ab omni parte silvis opacum. in eo cum quattuor Celtarum cohortes abdidisset, iussit ut posteaquam adductis a Constantio copiis ante oppidum pugna consereretur, hostes inopinatos adorirentur, ita ut intercepti ad internecionem usque delerentur. ea re ab iis cognita qui stabant in oppidi muris, statim Constantius Scolidoam et Manadum tribunos ablegavit. hi selectissimis quibusque tam gravis armaturae militibus quam sagittariis ex toto militum numero, qui sub illorum erat imperio, secum sumptis omnes stadii portas obsederunt. cumque stadii gradus superiores occupassent, et undique milites qui erant in stadio cinxissent, sagittis eos conficiebant. illorum vero nonnullis, sublatis in capita scutis, stadii portas perfringere conatis, impetu pariter in eos facto tela coniicere gladiisque ferire non desinebant, donec universos interemissent. hoc modo cum irrita cecidisset Magnentii fraus et insidiae diversum ab opinione ipsius eventum habuissent, congressi exercitus in planitie, quae ante Mursam est,

γενομένης οἷα σχεδὸν οὔπω πρότερον ἐν τούτῳ τῷ πολέμῳ φαίνεται γεγονυῖα, πίπτουσι μὲν ἐξ ἑκατέρου πλεῖστοι, (51) Κωνστάντιος δὲ θεασάμενος ὡς ἐμφυλίου τῆς μάχης οὔσης οὐδὲ τὰ τῆς νίκης ἐκβήσεται κατὰ νοῦν αὐτῷ, τῶν Ῥωμαϊκῶν στρατοπέδων τοσοῦτον ἐλαττουμένων καὶ τοῖς πανταχόθεν ἐπικειμένοις βαρβάροις μετὰ τοσαύτην φθορὰν ἀντέχειν οὐ δυναμένων, εἰς ἔννοιαν ἦλθε τοῦ σπονδαῖς τισὶ καὶ συμβάσεσι καταλῦσαι τὸν πόλεμον. ταῦτα δὲ αὐτοῦ τῶν στρατοπέδων ἔτι συμπεπλεγμένων ἀλλήλοις λογιζομένου, πρὸς μείζονα λύσσαν ἐπαρθέντες οἱ Μαγνεντίῳ συναγωνιζόμενοι οὐδὲ νυκτὸς μαχομένοις αὐτοῖς ἐπελθούσης ἐπαύσαντο, ἐπέμεινάν τε αὐτοί γε οἱ στρατηγοὶ στρατιωτῶν ἔργα πληροῦντες καὶ τοῖς καθ' ἕκαστον στρατιώταις ἐπικεῖσθαι τοῖς ἐναντίοις ἐγκελευόμενοι. καὶ τῶν Κωνσταντίου δὲ στρατηγῶν εἰς ἀνάμνησιν τῆς ἀνδρίας καὶ τῆς Ῥωμαίων δόξης ἐπανελθόντων, νυκτός τε βαθείας οὔσης, ἔπαιον ἀλλήλους δόρασί τε καὶ ξίφεσι καὶ παντὶ τῷ προσπίπτοντι καὶ εἰς χεῖρας ἰόντι· καὶ οὔτε τὸ σκότος οὔτε ἕτερόν τι τῶν εἰωθότων ἀνακωχὴν πολέμου ποιεῖν ἔπαυσε τὰ στρατόπεδα τοῦ φονᾶν κατ' ἀλλήλων καὶ ἐν εὐτυχήματι μεγίστῳ ποιεῖσθαι τὸ σὺν ἀλλήλοις ἅπαντας ἄρδην ἀποθανεῖν. τῶν δὲ στρατηγῶν ἀνδρίας καὶ ἀρετῆς ἔργα κατὰ τὴν μάχην ἐπιδειξαμένων μέγιστα, πίπτουσιν ἄλλοι τε καὶ Ἀρκάδιος ὁ τοῦ τάγματος τῶν Ἀβούλκων ἡγούμενος καὶ Μενέλαος ὁ τῶν ἐξ Ἀρμενίας ἱπποτοξοτῶν ἄρχειν τεταγμένος.

manus conserere. cumque proelium eiusmodi committeretur quale nullum fere prius hoc bello pugnatum fuisse videtur, utrinque plurimi ceciderunt. (51) Constantius autem conspicatus se, quod civile bellum hoc esset, ex animi voto ne victoria quidem potiturum, tantopere deminutis Romanis exercitibus, qui post talem et tantam stragem urgentibus undique barbaris non amplius resistere possent, cogitare de bello certis foederibus et conventionibus sopiendo coepit. quae dum ille suo cum animo volvit, exercitibus necdum a se in vicem diremptis, maiorem ad furorem elati Magnentianarum partium milites, ne ubi nox quidem pugnantes oppressisset finem dimicandi faciebant, sed ipsi etiam duces in obeundis militum muneribus et singulorum animis excitandis perseverabant, ut hostibus incumberent. itidem Constantii duces virtutem pristinam Romanumque decus ad animum sibi revocabant. alta iam nox erat, et nihilo se minus in vicem feriebant hastis, gladiis, armis ceteris, quae semet offerrent et ad manum essent. nec iam vel ipsae tenebrae, vel aliud quid earum rerum quae res laxamentum quasi quoddam belli efficere consueverunt, inhibere poterat exercitus, quo minus in se mutuis desaevirent caedibus, et in maxima felicitatis parte ponerent, si omnes funditus una perirent. ipsi duces, maximis hac pugna tam fortitudinis quam virtutis facinoribus editis, cum alii cecidere tum Arcadius, tribunus Abulcorum, et Menelaus, cui datum erat in equites ex Armenia sagittarios imperium.

52. Ἄξιον δὲ τὰ περὶ Μενελάου λεγόμενα μὴ παραδραμεῖν σιωπῇ. τοῦτόν φασι τρία κατὰ ταὐτὸν ἐναρμόζοντα τῷ τόξῳ βέλη, καὶ χρώμενον ἀφέσει μιᾷ, μὴ καθ' ἑνὸς σώματος ἀλλὰ τριῶν ἐμπηγνύναι τὰ βέλη, τούτῳ δὲ τῷ τρόπῳ τῆς τοξείας χρησάμενον πλῆθος μὲν οὐκ ὀλίγον κατατοξεῦσαι τῶν πολεμίων, αἴτιόν τε ὡς εἰπεῖν γενέσθαι τῆς τῶν ἐναντίων φυγῆς. ἀλλ' ἔπεσε μὲν καὶ οὗτος, τοῦ πάσης ἐξηγουμένου τῆς Μαγνεντίου στρατιᾶς αὐτὸν ἀνελόντος, ἔπεσε δὲ ἅμα τούτῳ καὶ Ῥωμύλος, βέλει μὲν πρότερον παρὰ Μενελάου πεμφθέντι βληθείς, οὐδὲ μετὰ τὴν πληγὴν δὲ τοῦ πολεμεῖν ἀποστάς, ἕως ὅτε καὶ αὐτὸν τὸν βαλόντα ἀνεῖλεν.

53. Ὑπερτέρου τοίνυν κατὰ τὴν μάχην τοῦ Κωνσταντίου γενομένου καὶ τῶν Μαγνεντίου στρατευμάτων λαμπρῶς ἤδη φευγόντων, φόνος μὲν παμπληθὴς ἀνδρῶν τε καὶ ἵππων καὶ τῶν ἄλλων ὑποζυγίων ἐγίνετο· πάσαις δὲ ταῖς ἐλπίσιν ἀπογνοὺς ὁ Μαγνέντιος, δεδιὼς μή ποτε παρὰ τῶν ἔτι λελειμμένων ἐκδοθείη τῷ Κωνσταντίῳ, διενοεῖτο τοὺς περὶ Παιονίαν τόπους καταλιπὼν ἐκδραμεῖν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν, κἀκεῖθεν συναγαγὼν δύναμιν ἑτέραν ἀναμαχέσασθαι. ἐπεὶ δὲ τοὺς κατὰ τὴν Ῥώμην ἔγνω τὰ Κων- a. 352
σταντίου φρονοῦντας ἢ τῷ μίσει τῷ πρὸς αὐτὸν ἢ τῷ τὰ κατὰ τὴν μάχην γεγενημένα μαθεῖν, τὰς Ἄλπεις ὑπεραναβῆναι διέγνω καὶ ἐκ τῶν ἐκεῖσε βιοτευόντων ἐθνῶν ἀσφάλειαν τέως αὑτῷ περινοῆσαι. πυθόμενος δὲ ὡς καὶ τοὺς περὶ τὸν Ῥῆνον βαρβάρους χρημάτων πλήθει δυσμενεῖς αὐτῷ πεποίηκεν ὁ Κωνστάντιος καὶ

18 ἀναμάχεσθαι P. 19 τῷ τὰ] τῷ om P. 20 usitatius ὑπερβῆναι.

52. Fuerit autem pretium operae, quae de Menelao perhibentur, silentio minime praeteriri. memoriae proditum est hunc arcui tria simul aptantem eodem tempore tela, et una duntaxat utentem eiaculatione, non in unum ea corpus sed tria defixisse; quo sagittandi modo cum uteretur, nec hostium exiguum numerum telis eius confectum et eosdem propemodum ab uno in fugam actos aiunt. sed tamen et ipse cecidit, a Romulo totius exercitus Magnentiani duce interemptus; et cecidit etiam cum eo Romulus, cum telo prius a Menelao petitus ne plaga quidem accepta pugnare desiisset, donec interfecisset eum qui telum in se contorserat.

53. Itaque cum Constantius hoc proelio superior evasisset, iamque Magnentiani exercitus aperte terga darent, ingens strages et hominum et equorum et reliquorum iumentorum est edita. Magnentius omni spe destitutus, veritusque ne a reliquiis suorum Constantio dederetur, iis Pannoniae locis relictis in Italiam excurrere statuit, aliisque collectis inde copiis aleam pugnae denuo tentare. sed quod Romanos a Constantio stare cognovisset, vel odio sui, vel quod intellectum esset de proelii eventu, Alpes transcendendas decrevit, deque nationibus istic degentibus aliquid interim praesidii sibi comparandum. verum quod inaudisset Constantium maximis muneribus etiam vicinos Rheno barbaros infestos ei reddidisse, tum ad Gallicas nationes opera

τὰ τῶν Γαλατῶν ἔθνη διά τινων εὔνοιαν εἰσφερόντων αὐτῷ στρατηγῶν ἄβατα πεποίηκεν αὐτῷ, μήτε δὲ διὰ τῶν ἑσπερίων Ἰβήρων εἰς Μαυρουσίους οἷός τε γενόμενος διαβῆναι τῷ καὶ τοὺς ταύτῃ Ῥωμαίων συμμάχους εἰς εὔνοιαν τὸν Κωνστάντιον ἐπισπάσασθαι,
a 353 πανταχόθεν ἀπορούμενος θάνατον ἐθελούσιον σωτηρίας αἰσχρᾶς ἔμπροσθεν ἐποιήσατο, μᾶλλον δὲ οἰκείαις χερσὶν ἢ ταῖς τῶν πολεμίων εἵλετο τὸν βίον ἀπολιπεῖν.

54. Μαγνέντιος μὲν οὖν τοῦτον ἀνῃρέθη τὸν τρόπον, ἔτη βασιλεύσας τρία καὶ μῆνας ἔτι πρὸς τούτοις ἕξ, γένος μὲν ἕλκων ἀπὸ βαρβάρων, μετοικήσας δὲ εἰς Λετούς, ἔθνος Γαλατικόν, παιδείας τε τῆς Λατίνων μετασχών, ἐν μὲν τοῖς πλεονεκτήμασι τῆς τύχης θρασύς, δειλὸς δὲ ἐν ταῖς περιστάσεσι, τὴν ἐνοῦσαν αὐτῷ φύσει κακοήθειαν κρύψαι δεινὸς καὶ τοῖς ἀγνοοῦσι τὸν αὐτοῦ τρόπον εὐήθης εἶναι καὶ χρηστὸς νομιζόμενος.

Ταῦτα μὲν οὖν περὶ Μαγνεντίου προήχθην εἰπεῖν, ἐπειδή τισιν ἔδοξεν ἀγαθῶν αἴτιος γεγενῆσθαι κατὰ τὸν καιρὸν τῆς αὐτοῦ βασιλείας τοῖς πράγμασιν, ὥστε γνωσθῆναι περὶ αὐτοῦ τἀληθῆ, καὶ ὡς οὐδὲν ἐξ ἀγαθῆς αὐτῷ πεποίηται προαιρέσεως. Δεκέντιος δὲ παρὰ Μαγνεντίου μεταπεμφθεὶς εἰς βοήθειαν καὶ τῆς ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ὁδοιπορίας ἐχόμενος, ἅμα τῷ πυθέσθαι τὰ τούτῳ συμβάντα στρατιωτικοῖς τάγμασι καὶ ἴλαις περιπεσὼν οὐδεμίαν τε ὁρῶν σωτηρίας ἐλπίδα, βρόχῳ περιστρέψας τὸν τράχηλον ἀπηλλάγη.

55. Ἐπὶ τούτοις τῆς τῶν ὅλων ἀρχῆς εἰς μόνον Κωνστάντιον περιστάσης ἀλαζονεία μὲν αὐτῷ προσεγίνετο, τὴν τύχην ἐνεγκεῖν

quorundam Constantio favorem conciliantium ducum praeclusum esse aditum, cum nec per occidentales Hispanos ad Mauros transiicere posset, qui istis etiam in locis confoederati Romanis populi benevolentiam Constantii captassent, inops ab omni parte consilii mortem voluntariam turpi saluti praetulit, manibusque suis quam hostium vitam eripi sibi maluit.

54. Ac Magnentius quidem hoc modo periit, cum tribus annis et sex praeterea mensibus imperasset. originem generis a barbaris trahebat; cumque commigrasset ad Letos, quae Gallica natio est, literas Latinas didicerat. audax fortuna prospera, timidus adversa. occultandae natura insitae malitiae mirus artifex, qui mores et ingenium ipsius perspectum non habentibus simplex et bonus esse putaretur.

Haec de Magnentio propterea libuit adiicere, quod aliquibus visus fuerit imperii sui tempore rei publicae bono fuisse; ut vera de eo cognoscantur qui nihil instituto bono gessit. Decentius autem cum ad opem ferendam arcessitus esset a Magnentio, iamque in Italiam contendens intellexisset ea quae Magnentio acciderant, in ordines quosdam turmasque militum lapsus, ubi nullam salutis spem videret, obtorta laqueo cervice rebus humanis excessit.

55. Secundum haec cum universa rerum summa soli Constantio cessisset, arrogantior esse coepit, quod eam fortunae prosperitatem moderate ferre

μετρίως οὐ δυνηθέντι, προσεπετίθετο δὲ καὶ τὰ περὶ τοὺς τοιούτους εἰωθότα συνίστασθαι τῶν συκοφαντιῶν ἐργαστήρια, τοῖς δοκοῦσιν εὖ ἔχειν τύχης ἐπιβουλεύοντα· τῷ γὰρ κατάγειν ἐκείνους τῆς εὐπραγίας αὐτοὶ τὰς τούτων ἀξίας ἕξειν ἐλπίζοντες εἰκότως εἰς τὰς κατ' αὐτῶν ἐτρέποντο διαβολάς. οὗτοι κοινωνοὺς τῆς κακοηθείας εὐνούχους τῶν περὶ τὴν αὐλήν τινας ποιησάμενοι, περιστάντες πείθουσι τὸν Κωνστάντιον ὡς Γάλλος ὢν ἀνεψιὸς αὐτοῦ, τῆς τοῦ Καίσαρος ἠξιωμένος τιμῆς, οὐκ ἀρκούμενος ταύτῃ πειρᾶται τὴν βασιλείαν ἑαυτῷ περιθεῖναι. καὶ ὅτι τοῦτο ἀληθὲς ἦν πείσαντες, εἰς τὴν κατὰ τοῦ Γάλλου σφαγὴν ἐπαίρουσι τὸν Κωνστάντιον. ἦσαν δὲ οἱ ταύτην πλέξαντες τὴν ἐπιβουλὴν Δυνάμιος καὶ Πικέντιος, εὐτελεῖς ἄνδρες καὶ διὰ τῶν τοιούτων κακῶν ἐπὶ μεῖζον ἐλθεῖν τύχης σπουδάζοντες. ἐκοινώνει δὲ αὐτοῖς τῆς πράξεως καὶ Λαμπάδιος ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος, ἀνὴρ δύνασθαι παρὰ τῷ βασιλεῖ πάντων ἀεὶ πλέον ἐπιθυμῶν. τοῦ τοίνυν Κωνσταντίου ταῖς τοιαύταις θεμένου διαβολαῖς μετάπεμπτος μὲν ὁ Γάλλος ἐγίνετο, τὸ κατ' αὐτοῦ σπουδαζόμενον ἀγνοῶν· ἀφικόμενον δὲ αὐτὸν ὁ Κωνστάντιος πρῶτον μὲν τῆς τοῦ Καίσαρος ἐκδύει τιμῆς, ἐπεὶ a. 354
δὲ πεποίηκεν ἰδιώτην, τοῖς δημίοις ἐκδίδωσιν εἰς σφαγήν, οὐ τοῦτο πρῶτον κατὰ συγγενοῦς αἵματος τὸ μύσος ἐξαμαρτών, ἀλλ' ἑτέροις πλείοσι τοῦτο προσθείς.

4 εἰκότως add P. 5 τρέπονται Stephanus. 20 τὸ μύσος abest a P.

non posset. sumebant etiam incrementum officinae calumniarum, quae circum eiusmodi homines existere consueverunt, et iis potissimum insidiantur quorum fortunae bene constitutae videntur. quippe dum illos felicitate sua deturbando dignitates eorum se consecuturos sperabant, non abs re ad calumnias adversus eos struendas se convertebant. atque hi quibusdam sibi sociis improbitatis adiunctis, qui erant eunuchi aulici, Constantium aggressi Gallum patruelem ipsius, dignitate Caesaris ornatum, hac non contentum de occupando imperio cogitare persuadent. et eius quidem rei fide Constantio facta tanquam verae, ad struendam Gallo necem illum impellunt. qui has texuerant insidias, Dynamius et Picentius homines erant condicionis humilis, et qui per huiusmodi scelera fortunam ad ampliorem pervenire nitebantur. particeps autem facinoris et Lampadius erat, praefectus praetorii; qui vir apud imperatorem plus aliis omnibus auctoritatis et potentiae semper habere cupiebat. itaque Constantio talibus calumniis aures praebente Gallus arcessitur, ignarus eorum quae in ipsum cuderentur. eum advenientem Constantius honore Caesaris primum exuit, deinde privatam ad fortunam redactum carnificibus necandum tradidit, non illo primo contra cognatum sanguinem admisso piaculo, sed pluribus aliis adiecto.

Γ.

Ταῦτα ἐπὶ Γάλλῳ τῷ Καίσαρι πεπραχὼς ὁ Κωνστάντιος αὐτὸς μὲν κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἐκ Παιονίας διέβη, θεώμενος δὲ τὰ πανταχοῦ Ῥωμαίοις ὑπήκοα βαρβαρικαῖς ἐφόδοις ἀπειλημμένα, καὶ Φράγκους μὲν καὶ Ἀλαμανοὺς καὶ Σάξονας ἤδη τεσσαράκοντα πόλεις ἐπικειμένας τῷ Ῥήνῳ κατειληφότας, καὶ αὐτὰς μὲν ἀναστάτους πεποιηκότας, τοὺς δὲ τούτων οἰκήτορας ἄπειρον ὄντας πλῆθος ληϊσαμένους μετὰ πλούτου λαφύρων ἀναριθμήτου, Κουάδους δὲ καὶ Σαυρομάτας ἐπὶ πολλῆς ἀδείας Παιονίαν κατατρέχοντας καὶ τὴν ἀνωτέρω Μυσίαν, Πέρσας δὲ τοῦ τὴν ἑῴαν παρενοχλεῖν οὐκ ἀφισταμένους, εἰ καὶ πρότερον ἡσύχαζον δέει τοῦ μὴ τὸν Καίσαρα Γάλλον αὐτοῖς ἐπελθεῖν, ταῦτα τοίνυν λαβὼν κατὰ νοῦν καὶ ἀπορῶν ὅ τι πράξειε, μόνος μὲν ἀρκέσειν οὐκ ᾤετο δυνήσεσθαι πεπονηκόσιν οὕτω τοῖς πράγμασι βοηθήσειν, ἑλέσθαι δὲ κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς οὐκ ἐθάρρει διά τε φιλαρχίας ὑπερβολὴν καὶ τὸ πάντας ἔχειν ἐν ὑποψίᾳ τοῦ μηδένα παντάπασιν εὐνοήσειν αὐτῷ. καὶ πολλὴ μὲν αὐτὸν ἐπὶ τούτοις εἶχεν ἀμηχανία, τῆς δὲ Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς ἐν μεγίστῳ κινδύνῳ κειμένης Εὐσεβία ἡ Κωνσταντίου γαμετή, παιδείας τε εἰς ἄκρον ἥκουσα καὶ φρονήσει τὴν γυναικείαν ὑπεραίρουσα φύσιν, εἰσηγεῖται γνώμην αὐτῷ, καταστῆσαι

10 ἡσύχαζον S: libri ἡσυχάζειν.

III.

His in Gallum Caesarem perpetratis, e Pannonia Constantius in Italiam transiit cum autem videret omnes Romanis ubique subditas provincias barbaricis incursionibus interceptas, Francos et Alamanos et Saxones iam quadraginta sitas ad Rhenum urbes cepisse, prorsus easdem devastasse, cives et incolas infinitae multitudinis cum innumerabili spoliorum copia secum abduxisse, Quados cum Sarmatis magna licentia et securitate per Pannoniam perque Moesiam superiorem grassari, Persas Orienti molestos esse non desinere, licet antea quievissent, veriti ne Gallus Caesar eos adoriretur, his igitur omnibus ad animum revocatis, et quid faceret ambigens, solum quidem se minime sufficere posse putabat, ut afflictis adeo rebus et laborantibus opem ferret, imperii vero consortem deligere non audebat, cum ob imperandi libidinem nimiam, tum quod omnes suspectos haberet ac neminem prorsus sibi fidum fore duceret. has ob res admodum erat consilii inops. cumque in maximo imperium Romanum periculo positum esset, Eusebia Constantii coniux, quae summa praestabat eruditione doctrinae supraque muliebrem sexum prudens erat, consilium ei suggerit, hortata transalpinis ut populis Iulianum

Καίσαρα τοῖς ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνεσιν Ἰουλιανὸν παραινέσασα, Γάλλου μὲν ἀδελφὸν ὁμοπάτριον ὄντα, παῖδα δὲ Κωνσταντίου παιδός, ὃς παρὰ Διοκλητιανοῦ Καῖσαρ ἔτυχε γεγονώς. ἐπεὶ δὲ ᾔδει τὸν βασιλέα Κωνστάντιον ἡ Εὐσεβία πρὸς πᾶν ὑπόπτως τὸ συγγενὲς διακείμενον, τρόπῳ τοιῷδε τὸν ἄνδρα παρήγαγε. "νέος ἐστὶ" φησί "καὶ τὸ ἦθος ἁπλοῦς καὶ λόγων ἀσκήσει τὸν ἅπαντα βίον ἐσχολακὼς καὶ πραγμάτων παντάπασιν ἄπειρος, ἀμείνων τε ἔσται παντὸς ἑτέρου περὶ ἡμᾶς· ἢ γὰρ τύχῃ δεξιᾷ περὶ τὰ πράγματα χρώμενος ἐπιγράφεσθαι τὸν βασιλέα ποιήσει τὰ αἰσίως ἐκβάντα, ἢ κατά τι πταίσας τεθνήξεται, καὶ οὐδένα ἕξει τοῦ λοιποῦ Κωνστάντιος ὡς ἐκ γένους βασιλικοῦ πρὸς τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν κληθησόμενον." (2) τούτων τῶν λόγων ἀνασχόμενος ὁ Κωνστάντιος ἐκ τῶν Ἀθηνῶν Ἰουλιανὸν μεταπέμπεται, τοῖς αὐτόθι φιλοσόφοις συνόντα καὶ ἐν παντὶ παιδεύσεως εἴδει τοὺς ἑαυτοῦ καθηγεμόνας ὑπερβαλλόμενον. ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν Ἰταλίαν ἐκ τῆς Ἑλλάδος μετάπεμπτος ἦλθεν, ἀναδείκνυσι μὲν αὐτὸν Καίσαρα, a. 355
κατεγγυᾷ δὲ τὴν ἀδελφὴν Ἑλένην αὐτῷ, καὶ τοῖς ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνεσιν ἔπεμπεν. ἄπιστος δὲ ὢν φύσει, καὶ ὡς εὔνους αὐτῷ καὶ πιστὸς ἔσται μὴ τεθαρρηκώς, συνεκπέμπει Μάρκελλον αὐτῷ καὶ Σαλούστιον, αὐτοῖς καὶ οὐ τῷ Καίσαρι τὴν αὐτόθι καταπιστεύσας διοίκησιν. ταύτῃ τὰ κατὰ Ἰουλιανὸν διαθεὶς ὁ Κωνστάντιος αὐτὸς μὲν ἐπὶ Παιονίαν καὶ Μυσίαν ἐχώρει, κἀνταῦθα τὰ περὶ

13 ἐξ Ἀθηναίων L. 14 φιλοσοφοῦσι P. 15 καθηγουμένους L. 19 μήτε LP: editi μήπω.

Caesarem praeficeret, germanum Galli fratrem, et eius Constantii nepotem e filio qui a Diocletiano Caesar fuerat appellatus. et quoniam norat Eusebia Constantium imperatorem cognatos omnes habere suspectos, maritum hoc quodam modo circumvenit. iuvenis est, inquit, et simplicis ingenii, studiisque doctrinae per omnem vitam vacavit; et rerum omnium plane rudis et imperitus quovis alio nobis aptior erit. nam sive fortuna prospera rebus gerendis utetur, faciet ut imperatori felices illi successus adscribantur; sive qua parte impegerit, morietur, nec ullum postea Constantius habebit qui velut ex imperatoria familia natus ad summam rerum administrationem vocetur. (2) has voces cum admisisset Constantius, Iulianum Athenis arcessit, cum philosophantibus ibi familiariter viventem et in omni genere doctrinae magistros suos superantem. posteaquam in Italiam arcessitus advenisset, Caesarem Constantius declarat, et Helenam ei sororem in matrimonium tradit, et ad nationes transalpinas eum dimittit. atque uti natura infidus erat, qui nullo modo sibi persuadere posset Iulianum sibi fidelem ac benevolum fore, cum eo Marcellum et Salustium ablegat, illis ipsis, non Caesari, omni istic administratione credita. rebus ad Iulianum spectantibus in hunc modum dispositis, ipse Constantius in Pannoniam Moesiamque proficiscitur, et ibi-

Κουάδους καὶ Σαυρομάτας οἰκονομήσας ἐπὶ τὴν ἑῴαν ἐτρέπετο, τῶν Περσικῶν ἐφόδων εἰς μάχην αὐτὸν ἑλκουσῶν· Ἰουλιανοῦ δὲ τὰς Ἄλπεις ὑπερβάντος, τοῖς τεταγμένοις Γαλατικοῖς ἔθνεσιν ἐπιστάντος, καὶ τῶν βαρβάρων οὐδὲν ἧττον μετὰ πάσης ἀδείας ἐπεισιόντων, τοῖς αὐτοῖς λόγοις ἡ Εὐσεβία χρησαμένη πείθει Κωνστάν-
a. 357 τιον ἐπιτρέψαι τὴν διοίκησιν αὐτῷ τῶν ἐκεῖσε πραγμάτων.

Τὰ μὲν οὖν ἐντεῦθεν ἄχρι παντὸς τοῦ βίου Ἰουλιανῷ πραχθέντα συγγραφεῦσι καὶ ποιηταῖς ἐν πολυστίχοις γέγραπται βίβλοις, εἰ καὶ μηδεὶς τῶν συγγεγραφότων τῆς ἀξίας τῶν ἔργων ἐφίκετο· πάρεστι δὲ τῷ βουλομένῳ συλλαβεῖν ἅπαντα τοῖς λόγοις ἐντυγχάνοντι τοῖς αὐτοῦ καὶ ταῖς ἐπιστολαῖς, ἀφ᾽ ὧν ἔνεστι μάλιστα τὰ κατὰ πᾶσαν αὐτῷ πεπραγμένα τὴν οἰκουμένην περιλαβεῖν. ἐπεὶ δὲ προσήκει τὴν τάξιν ἡμᾶς μὴ διασπάσαι τῆς ἱστορίας, εἰρήσεται καὶ ἡμῖν συντόμως ἕκαστα κατὰ τοὺς οἰκείους καιρούς, καὶ μάλιστα ὅσα τοῖς ἄλλοις παραλελεῖφθαι δοκεῖ.

3. Κωνστάντιος τοίνυν ἐπιτρέψας ἅπαντα τῷ Καίσαρι πράττειν ὅσα συνοίσειν ἐδόκει τοις ὑπ᾽ αὐτὸν ἔθνεσιν, ἐπὶ τὴν ἑῴαν ἐχώρει, τὸν πρὸς Πέρσας πόλεμον διαθήσων. Ἰουλιανὸς δὲ τὰ μὲν ἐν Κελτοῖς στρατιωτικὰ διεφθαρμένα κατὰ τὸ πλέον εὑρών, τοὺς δὲ βαρβάρους ἀκώλυτον ἔχοντας τὴν τοῦ Ῥήνου διάβασιν καὶ μέχρι σχεδὸν τῶν πρὸς θαλάττῃ πόλεων διελθόντας,

2 μάτην LP. 3 legendum fortasse τοῖς τε ὑπ᾽ αὐτὸν τεταγμένοις ἔθνεσιν. S. 8 βιβλίοις P. 14 οἰκείους] ἐκείνου P.

dem sedatis Quadorum Sarmatarumque motibus versus Orientem pergit, irruptionibus Persicis eum ad bellum pertrahentibus. Iulianus autem cum superatis Alpibus ad Gallicas nationes attributas sibi pervenisset, ac nihilo barbari minus omni cum licentia grassarentur, Eusebia, rationibus iisdem usa, Constantio persuadet ut rerum in iis locis administrationem ei committeret.

Enimvero quae ab eo tempore per omnem deinceps vitam Iulianus gessit, ab historiarum auctoribus et a poetis prolixis descripta libris leguntur, tametsi nullus eorum, qui haec memoriae prodiderunt, ipsorum facinorum dignitatem attigerit. poterit etiam, qui volet, omnia comprehendere perlegendis ipsius orationibus et epistolis, de quibus inprimis ab eo per universum orbem terrarum gesta colligere licet. sed quando par est ut ordinem historiae non interrumpamus, a nobis quoque singula, ratione quadam compendiaria, suis temporibus exponentur, ea praesertim quae ab aliis omissa videntur.

3. Cum ergo Constantius omnia permisisset Caesari agere, quaecunque subiectis ei nationibus ex usu futura putaret, in Orientem contendit bellum contra Persas gesturus. Iulianus autem cum omnem apud Celtas rem militarem maiori ex parte labefactatam et perditam repperisset, et barbaros liberum arcente nemine Rheni transmissum habentes, ac propemodum ad urbes

τὴν τοῦ περιλελειμμένου στρατιωτικοῦ δύναμιν ἀνεσκόπει. συνιδὼν δὲ ὡς οἱ μὲν κατὰ τὴν χώραν καὶ πρὸς τὴν ἀκοὴν τοῦ τῶν βαρβάρων ὀνόματος πτώσσουσιν, οἱ δὲ παρὰ Κωνσταντίου δοθέντες αὐτῷ, τριακόσιοι καὶ ἑξήκοντα τὸν ἀριθμὸν ὄντες, μόνον εὔχεσθαι, καθάπερ αὐτός πού φησιν, ᾔδεσαν, ὅσους μὲν οἷός τε γέγονε τοῖς τάγμασιν ἐγκατέλεξε, πολλοὺς δὲ καὶ ἐθελοντὰς ἐδέξατο. ποιησάμενος δὲ καὶ ὅπλων φροντίδα, παλαιὰ μὲν κατά τινα πόλιν εὑρὼν ἀποκείμενα, τῆς προσηκούσης ἐπιμελείας ἀξιώσας τοῖς στρατευομένοις διένειμεν. ἀγγειλάντων δὲ τῶν κατασκόπων ὡς περὶ πόλιν Ἀργεντόρατον, πρὸς τῇ τοῦ Ῥήνου κειμένην ὄχθῃ, πλῆθος ἄπειρον ἐπεραιώθη βαρβάρων, ἅμα τῷ γνῶναι μετὰ τοῦ σχεδιασθέντος αὐτῷ στρατοπέδου προῄει, συμμίξας δὲ τοῖς πολεμίοις πάσης ὑπερβολῆς ἐπέκεινα τὸ τρόπαιον ἔστησεν, ἓξ μὲν ἐν αὐτῇ τῇ μάχῃ μυριάδων ἀπολομένων, ἑτέρων δὲ τοσούτων ἁλαμένων κατὰ τοῦ Ῥήνου καὶ διαφθαρεισῶν ἐν τῷ ῥεύματι, ὥστε εἴ τις ἐθέλοι τῇ πρὸς Δαρεῖον Ἀλεξάνδρου μάχῃ ταύτην παραβαλεῖν τὴν νίκην, οὐκ ἂν εὕροι ταύτην ἐκείνης ἐλάττονα.

Πραχθὲν δέ τι μετὰ τὴν νίκην τῷ Καίσαρι σιωπῇ παραδραμεῖν οὐ προσήκει. ἦν ἑξακοσίων ἱππέων ἴλη τῷ Καίσαρι, σφόδρα τὰ πολέμια γεγυμνασμένων. τούτων τῇ ῥώμῃ καὶ τῇ πείρᾳ θαρρῶν μέρος οὐ μικρὸν τῆς ἐλπίδος ἐν αὐτοῖς ἐσάλευεν. ἐπεὶ δὲ ἡ μάχη συνέστη, πάντες μὲν τὴν κατὰ δύναμιν ἐπιδεικνύμενοι

10 *Ἀργεντόρατον*] libri *ἀργέντορα τήν*. 19 *προσῆκεν* P.

usque mari proximas grassantes, reliquiarum exercitus vires inspiciebat; et animadverso eorum quidem locorum homines etiam ad barbarici nominis famam formidine percelli, sibi vero datos a Constantio milites, qui numero trecenti et sexaginta duntaxat erant, nihil aliud scire, quemadmodum ipse alicubi dicit, quam ut votis rem gererent, quotquot sane poterat, ordinibus adscripsit, ac multos etiam volones inauctoravit. armorum quoque cura suscepta, vetera quadam in urbe condita repperit, eaque convenienti studio refecta militantibus distribuit. cum autem nuntiassent exploratores, propter urbem Argentoratum, quae ad Rheni ripam sita est, infinitam barbarorum multitudinem transiecisse, simul atque rem cognovisset, cum copiis tumultuario opere collectis progressus est, et conserta cum hoste pugna tropaeum longe amplissimum statuit, sexaginta milibus hominum in ipso proelio deletis, et aliis totidem in Rhenum praecipitatis atque in flumine exstinctis. ideoque si quis istam victoriam cum Alexandri adversus Darium pugna conferre velit, hanc illa non inferiorem fuisse reperiet.

Et quidem aliquid, post victoriam factum a Caesare, silentio praeteriri non convenit. habebat alam Caesar sexcentorum equitum, plurimum bellicis rebus exercitatorum. quod horum tam robore quam experientia niteretur, non exigua spei pars in eis posita periclitabatur. cum autem ventum ad manus esset, omnes alacritatem suam pro viribus declarantes in adversos

προθυμίαν τοῖς πολεμίοις ἐνέκειντο, ὑπερτέρου δὲ πολλῷ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ γενομένου στρατεύματος οὗτοι μόνοι πρὸς φυγὴν τραπέντες τὰς τάξεις ἀπέλιπον, ὥστε καὶ αὐτὸν τὸν Καίσαρα σὺν ὀλίγοις ἐπελάσαντα καλεῖν τε αὐτοὺς καὶ κοινωνεῖν τῆς νίκης παρακελεύεσθαι, τοὺς δὲ μηδὲ οὕτω μετασχεῖν ἐθελῆσαι τῆς μάχης. εἰκότως τοίνυν ὁ Καῖσαρ ἀχθόμενος ἐφ' οἷς τό γε ἧκον εἰς αὐτοὺς ἐκδεδώκασι τοῖς βαρβάροις τοὺς ὁμοφύλους, τὴν μὲν ἀπὸ τῶν νόμων ὡρισμένην τιμωρίαν αὐτοῖς οὐκ ἐπέθηκεν, ἀμφιέσας δὲ ἐσθῆτι γυναικείᾳ διὰ τοῦ στρατοπέδου περιήγαγεν ἐπ' ἐξαγωγῇ, στρατιώταις ἀνδράσι χαλεπωτέραν θανάτου τὴν τοιαύτην τιμωρίαν καὶ ποινὴν ἡγησάμενος. καὶ ἀπέβη τοῦτο εἰς δέον αὐτῷ τε κἀκείνοις· ἐν γὰρ τῷ δευτέρῳ πρὸς Γερμανοὺς πολέμῳ τὴν ἐπιτεθεῖσαν αὐτοῖς αἰσχύνην ἔχοντες κατὰ νοῦν μόνοι σχεδὸν παρὰ πάντας τοὺς ἄλλους ἠρίστευσαν.

4. *Ἐπεὶ δὲ ταῦτα διεπονήθη τῷ Καίσαρι, κατὰ σχολὴν στρατιωτῶν συναγείρας πλῆθος ἐπὶ τὸν κατὰ τοῦ Γερμανικοῦ παντὸς παρεσκευάζετο πόλεμον. ἀντιπαραταξαμένων δὲ τῶν βαρβάρων πλήθει παμπόλλῳ, τὴν τούτων ἔφοδον οὐκ ἀναμείνας ὁ Καῖσαρ αὐτὸς ἐπεραιοῦτο τὸν Ῥῆνον, ἄμεινον κρίνας οὐκ ἐν τῇ τῶν Ῥωμαίων ἀλλ' ἐν τῇ τῶν βαρβάρων γῇ πολεμητέα εἶναι, τούτῳ τε μὴ τὰς πόλεις βαρύνεσθαι καὶ αὖθις τῇ τῶν βαρβάρων ἐπιστασίᾳ. γενομένης δὲ μάχης ἰσχυροτάτης καὶ πλήθους ἀπείρου βαρβάρων ἐν ταύτῃ πεσόντος, ἄχρι τῶν Ἑρκυνίων δρυμῶν τοὺς φεύγοντας ὁ Καῖσαρ ἐπιδιώξας,*

4 *τῆς τύχης* L margo. 9 *παρήγαγεν* libri.

hostes ruebant; quibus cum Romanus exercitus longe superior evasisset, hi duntaxat in fugam acti tam foede deserebant ordines, ut cum eos ipse Caesar cum paucis adequitans et revocaret, et ut in societatem victoriae venirent hortaretur, tamen ne sic quidem proelii participes esse vellent. itaque non immerito Caesar indignatus, quod, quantum in ipsis fuisset, cives suos barbaris prodidissent, legibus ille quidem constitutam poenam eis non irrogavit, sed amictos veste muliebri per castra duxit, in aliam provinciam distrahendos, ratus militibus, qui viri essent, huiusmodi poenam et supplicium morte gravius futurum; quod quidem et ipsi et militibus commode cessit: nam secundo contra Germanos bello, suis in animis eius ignominiae, qua fuissent affecti, memoriam retinentes, soli prope, supra ceteros omnes, rem praeclarissime fortissimeque gesserunt.

4. Hoc defunctus labore Caesar per otium collectis militum copiis, ad inferendum universae Germanorum nationi bellum se parabat. cui cum numerosas opponerent acies barbari, Caesar eorum impressione non exspectata Rhenum ipse transmisit, praestare ratus ut non Romano sed barbarico bellum in solo gereretur; quo ipso fieret ut etiam rursus urbes adventu barbarorum non gravarentur. acerrimo proelio commisso, cum barbarorum innumerabilis in eo multitudo cecidisset, Caesar fugientes ad saltus Hercynios

πολύν τε ἐργασάμενος φόνον καὶ τὸν υἱὸν τοῦ τῶν βαρβάρων ἡγουμένου Βαδομάριον ζωγρίαν ἑλών, ἀπήγαγε τὸν στρατὸν ἐν τῇ οἰκείᾳ παιωνίζοντα ἐπὶ ταῖς νίκαις ἀνυμνοῦντά τε τὰ τοῦ Καίσαρος στρατηγήματα. τὸν μὲν δὴ Βαδομάριον Ἰουλιανὸς ἐξέπεμπε Κωνσταντίῳ, τῇ τούτου τύχῃ τὴν νίκην ἀνατιθείς· οἱ δὲ βάρβαροι πρὸς ἔσχατον ἐληλακότες κινδύνου καὶ περὶ παίδων ἤδη καὶ γυναικῶν δεδιότες, μή ποτε καὶ μέχρι τῶν τόπων ἐκείνων ἐν οἷς ἦσαν ἐπεξελθὼν ὁ Καῖσαρ ἅπαν αὐτῶν τὸ γένος ἄρδην λῃΐσεται, στέλλουσι πρέσβεις περὶ φιλίας διαλεξομένους καὶ περὶ τοῦ Ῥωμαίοις μηδεπώποτε πολεμήσειν. ὁ δὲ Καῖσαρ οὐκ ἄλλως ἔφη περὶ φιλίας αὐτοῖς ἐς λόγους ἰέναι, πρὶν τοὺς αἰχμαλώτους ἅπαντας, ὅσους ἐκ τῶν ἁλουσῶν πόλεων ἔτυχον ἐν τοῖς πρὸ τούτου χρόνοις ἀπαγαγόντες, ἀπολαβεῖν. τῶν δὲ καὶ τοῦτο ποιεῖν ὁμολογησάντων καὶ πάντας ὅσοι περίεισιν ἔτι διδόναι, πραγματευόμενος ὁ Καῖσαρ τὸ μηδένα τῶν αἰχμαλώτων μείναντα παρὰ τοῖς βαρβάροις λαθεῖν τοιόνδε τι μηχανᾶται. τοὺς ἀφ' ἑκάστης πόλεώς τε καὶ κώμης διαφυγόντας μεταπεμψάμενος ἀπῄτει λέγειν ὀνομαστὶ τίνας ἀπὸ τῆς ἑκάστου πόλεως ἢ κώμης ἀπήγαγον αἰχμαλώτους οἱ βάρβαροι· ἑκάστου δὲ τοὺς κατὰ συγγένειαν ἢ γειτνίασιν ἢ φιλίαν ἢ ἄλλην τινὰ συντυχίαν ἐγνωσμένους ἐξονομάσαντος, ἐκέλευε τοῖς βασιλικοῖς ὑπογραφεῦσιν ἅπαντας ἀπογράφεσθαι. τούτου δὲ γενομένου καὶ τῶν πρέσβεων ἀγνοούντων τὸ βούλευμα, διαβὰς τὸν Ῥῆνον ἐπέτρεπε τοῖς πρέσβεσι μετὰ τῶν αἰχμαλώτων ἐπανελθεῖν. τῶν

2 Βουδομάριον L. 14 πάρεισιν P.

usque persecutus, ingenti hostium edita caede filioque ducis barbarorum Vadomario capto, ovantem ob has victorias exercitum et imperatoria Caesaris facinora celebrantem, ad sua reduxit. ac Vadomarium quidem Iulianus Constantio misit, eius fortunae victoriam acceptam ferens. barbari vero in extremum adducti discrimen, iamque de liberis et uxoribus suis solliciti, ne forte Caesar ad illa loca progressus, quibus in locis ipsi degebant, universam gentem funditus exterminaret, legatos de pace collocuturos, qua constituta nullum adversus Romanos unquam bellum gesturi essent, mittunt. Caesar haud aliter se cum eis de pace dixit acturum, quam si captivos omnes, quotquot ex occupatis oppidis superioribus annis abduxerant, recuperasset. illis hoc quoque se facturos pollicitis, et omnes reddituros qui adhuc superstites essent, Caesar, ut efficeret ne quisquam captivorum se ignorante apud barbaros maneret, huiusmodi quiddam molitur. arcessitis ad se omnibus qui singulis ex oppidis atque vicis fuga evaserant, ab eis exigebat ut nominatim dicerent quosnam ex urbibus et vicis uniuscuiusque ipsorum barbari captivos abduxissent. cum quisque vel ex coniunctione sanguinis vel ex vicinia vel amicitia vel alio quodam casu sibi cognitos nominatim edixisset, iussit ut omnes a notariis imperatoriis describerentur; quo facto legatis hoc consilium ignorantibus Rhenum ipse transmisit, et cum captivis ut reverterentur impe-

vero pretium fuerit ne causam quidem ob quam urbs servata fuit, sane divinam et excitantem auditores ad pietatem, silentio praeteriri. cum ad urbem Alarichus universis cum copiis accederet, murum quidem circumlustrantem vidit propugnatricem Minervam, ea specie qua inter simulacra conspicitur, armatam scilicet quasique iam adeuntes invasuram, ante moenia vero stantem Achillem heroa, talem omnino qualem Troianis Homerus exhibuit, cum ira stimulante Patrocli necem ulturus in eos pugnaret. hoc spectrum non ferens Alarichus, omni adversus urbem conatu intermisso, pacem per praecones civibus offert; quorum illi cum orationem probassent, sacramentis ultro citroque praestitis cum paucis Athenas Alarichus ingressus est. exceptus omni genere comitatis, posteaquam et lavisset et cum selectissimis in urbe viris fuisset epulatus et praeterea muneribus cultus, urbe pariter et Attica tota sine ullo maleficio cessit. ac civitas quidem Atheniensis tum eo terrae motu, qui Valente principe contigit et universam succussit Graeciam, sola mansit incolumis, quemadmodum praecedente libro diximus; tum hoc tempore in extremum adducta discrimen evasit. Alarichus vero cum Atticam totam, nulla foedatam vastitate, metu spectrorum quae apparuerant reliquisset, in Megaridem transit; et oppido primo impetu capto versus Pel -

ἀντιστάσεως. ἐνδόντος δὲ αὐτῷ Γεροντίου τὸν Ἰσθμὸν διαβῆναι, πάντα λοιπὸν ἦν αὐτῷ δίχα πόνου καὶ μάχης ἁλώσιμα, τῶν πόλεων διὰ τὴν ἀσφάλειαν ἣν ὁ Ἰσθμὸς παρεῖχεν αὐταῖς ἀτειχίστων οὐσῶν. εὐθέως οὖν ἡ Κόρινθος πρώτη κατὰ κράτος ἡλίσκετο καὶ τὰ πρόσοικα ταύτῃ πολίχνια καὶ ἐπὶ ταύτῃ τὸ Ἄργος καὶ ὅσα ἦν αὐτῆς τε καὶ Λακεδαίμονος ἐν μέσῳ χωρία. καὶ αὐτὴ δὲ ἡ Σπάρτη συναπήγετο τῇ κοινῇ τῆς Ἑλλάδος ἁλώσει, μήτε ὅπλοις ἔτι μήτε ἀνδράσι μαχίμοις τετειχισμένη διὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων πλεονεξίαν, ἀλλ᾽ ἄρχουσιν ἐκδεδομένη προδόταις καὶ τῇ τῶν κρατούντων ἡδονῇ προθύμως ὑπηρετουμένοις εἰς ἅπαντα τὰ πρὸς κοινὸν ὄλεθρον φέροντα.

7. Ῥουφῖνος μὲν οὖν, ἀγγελθέντος αὐτῷ τοῦ περὶ τὴν Ἑλλάδα πάθους, ἐπίδοσιν ἐλάμβανεν ἧς εἶχε περὶ τὴν βασιλείαν ἐπιθυμίας· συνταραττομένου γὰρ τοῦ πολιτεύματος οὐδὲν ἐμποδὼν ᾤετο αὐτῷ φανήσεσθαι πρὸς τὴν τοιαύτην ἐπιχείρησιν· Στελίχων δὲ ναυσὶ στρατιώτας ἐμβιβάσας τοῖς κατὰ τὴν Ἀχαΐαν δυστυχήμασιν ὥρμητο βοηθεῖν, καὶ τῇ Πελοποννήσῳ προσσχὼν εἰς Φολόην συμφυγεῖν τοὺς βαρβάρους ἠνάγκασε. καὶ ῥᾷστα διέφθειρεν ἂν αὐτοὺς σπάνει τῶν ἐπιτηδείων, εἰ μὴ τρυφῇ καὶ μίμοις γελοίων ἥκιστά τε αἰσχυνομέναις γυναιξὶν ἐκδοὺς ἑαυτὸν ἀφῆκε τοὺς στρατιώτας ὅσα καταλελοίπασιν οἱ βάρβαροι ἁρπάζειν, τοῦ τε δοῦναι τοῖς πολεμίοις εὐρυχωρίαν ἀναχωρήσασι τῆς Πελοποννήσου μετὰ πάσης τῆς λείας εἰς τὴν Ἤπειρον διαβῆναι καὶ τὰς ἐν

21 τοῦ τε] ὥστε?

ponnesum properat, invento nemine qui resisteret. cumque Gerontius Isthmi transeundi copiam ei fecisset, omnes ab eo deinceps urbes capi citra laborem et pugnam poterant, quod nullis essent munitae moenibus, velut Isthmi praesidio securae. confestim ergo prima Corinthus cum finitimis oppidis vi capitur, et secundum hanc Argos una cum iis locis quae inter hanc et Lacedaemonem interiacent. ipsa quoque in societatem captae Graeciae Sparta venit, nec armis amplius nec idoneis ad pugnam viris munita propter Romanorum avaritiam, sed iis exposita magistratibus, qui et proditores essent et illorum libidini qui rerum potirentur percupide in omnibus, ad perniciem publicam spectantibus, inservirent.

7. Nuntiata Rufino Graeciae calamitate, cupiditas imperii, qua flagrabat, incrementum sumere: nam conturbata re publica nihil impedimento sibi futurum in eiusmodi conatu existimabat. at Stelicho, militibus in naves impositis, ad opem adversis Achaiae rebus ferendam proficiscitur. cumque in Peloponnesum appulisset, barbaros in Pholoen fugere coëgit; et facillime commeatus eos inopia delevisset, nisi deliciis et mimis ridiculorum et parum verecundis mulierculis se dedisset, ac militibus quaecunque barbari reliquerant diripiendi potestatem fecisset, hostibusque spatium concedendi, ut e Peloponneso cum omni praeda regressi in Epirum transirent et in urbes eius

ταύτῃ λῄσασθαι πόλεις. ὅπερ αὐτοὺς ὁ Στελίχων πεποιηκότας ἰδὼν ἄπρακτος ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ἀπέπλευσε, μείζονα καὶ χαλεπώτερα τοῖς Ἕλλησι κακὰ δι' ὧν ἐπήγετο στρατιωτῶν ἐπιθείς. ἐπεὶ δὲ παρεγένετο, παραχρῆμα θάνατον ἔγνω Ῥουφίνῳ κατασκευάσαι τρόπῳ τοιῷδε. πρὸς τὸν βασιλέα ποιεῖται λόγους Ὁνώριον ὡς προσήκει τέλη τινὰ στρατιωτικὰ στεῖλαι πρὸς Ἀρκάδιον τὸν ἀδελφόν, ἐπαμυνοῦντα τοῖς ἐν τῇ ἐπικρατείᾳ τῇ τούτου κεκακωμένοις ἔθνεσι. καὶ ὅπερ ἐγνώκει πράττειν ἐπιτραπεὶς ἔταττε τοὺς ἐπὶ τοῦτο σταλησομένους, Γαΐνην δὲ αὐτοῖς ἐπιστήσας ἡγεμόνα, ὅσα ἐπὶ Ῥουφίνου διενοεῖτο ἐξεῖπε. τῶν δὲ στρατιωτῶν ἤδη πλησίον τῆς Κωνσταντινουπόλεως ὄντων, φθάσας ὁ Γαΐνης ἀπήγγειλεν Ἀρκαδίῳ τῷ βασιλεῖ τὴν αὐτῶν παρουσίαν, καὶ ὡς παραγένοιντο τοῖς πράγμασι πεπονηκόσιν ἐφιέμενοι βοηθεῖν. τοῦ δὲ βασιλέως ἡσθέντος ἐπὶ τῇ τούτων ἀφίξει, ὑπαντῆσαι τοῖς στρατιώταις εἰσιέναι μέλλουσι παρεκάλεσε τὸν βασιλέα Γαΐνης· ταύτης γὰρ τῆς τιμῆς ἠξιῶσθαι τοὺς στρατιώτας ἔλεγε σύνηθες εἶναι. πεισθέντος δὲ τοῦ βασιλέως καὶ πρὸ τῆς πόλεως ὑπαντήσαντος, ἐπειδὴ προσκυνήσαντες τῆς προσηκούσης ἠξιώθησαν παρὰ τοῦ βασιλέως φιλοφροσύνης, δόντος Γαΐνου τὸ σύνθημα πάντες ὁμοῦ τὸν Ῥου- a. 395
φῖνον ἀπολαβόντες ἐν μέσῳ τοῖς ξίφεσι παίουσι· καὶ ὁ μὲν ἀφῄρητο τῆς δεξιᾶς, ὁ δὲ τὴν ἑτέραν ἔκοπτεν, ὁ δὲ τὴν κεφαλὴν τοῦ τραχήλου χωρίσας ἀπῄει, παιᾶνας ᾄδων ἐπινικίους. ἐς τοσοῦτον

8 ἐξέταττε *H*, coll. 5 21 1: ἐξέτασσε τοὺς βαρβάρους.

grassarentur. quod eos fecisse conspicatus Stelicho rebus infectis in Italiam navigat, cum maiora gravioraque Graecis intulisset mala per eos milites quos secum adduxerat. in Italiam cum appulisset, confestim Rufino necem struere modo quodam tali decrevit. ad Honorium principem refert quasdam militum cohortes ad Arcadium fratrem mittendas esse, quae afflictas misere sub eius imperio nationes tuerentur. cumque iussus esset id exsequi quod decrevisset, milites ad hanc rem perficiendam mittendos ordinat. quibus ubi Gainam ducem praefecisset, quae suae de Rufino cogitationes essent exponit. ubi prope iam a Cpoli milites aberant, antegressus Gainas Arcadio principi militum adventum nuntiat, eos adesse studio rebus laborantibus succurrendi commemorans. imperatore propter eorum adventum laetitia perfuso, Gainas hortatur ut ingressuris urbem militibus ipse princeps obviam prodiret: aiebat enim ex more militibus honorem hunc haberi. cum obsecutus imperator ante urbem eis occurrisset, ac milites eum venerati vicissim a principe perbenigne fuissent excepti, data ab Gaina tessera simul universi Rufinum in medio interceptum gladiis feriunt; et hic quidem adimebat ei dextram, ille manum alteram praecidebat, alius capite discedebat a cervice revulso, consuetas victoriis ovationes accinens. usque adeo vero ludibriis interemptum afficie-

δὲ ἐπετιώθασαν ὥστε τὴν χεῖρα πανταχῇ τῆς πόλεως περιάγειν, αἰτεῖν τε ἀργύριον δοῦναι τῷ ἀπλήστῳ τοὺς προστυγχάνοντας.

8. Ῥουφῖνος μὲν οὖν ἰδίᾳ τε πολλοῖς κακῶν ἀφορήτων γενόμενος αἴτιος καὶ τῇ πολιτείᾳ λυμηνάμενος ἁπάσῃ δίκην ἐξέτισε τῶν πεπονηρευμένων ἀξίαν, Εὐτρόπιος δὲ πρὸς πάντα Στελίχωνι συνεργήσας τὰ κατὰ τούτου βεβουλευμένα τῶν ἐν τῇ αὐλῇ πραττομένων κύριος ἦν. καὶ τὴν μὲν Ῥουφίνου περιουσίαν κατὰ τὸ πλέον ἐσφετερίζετο, καὶ ἑτέρους ἐνδιδοὺς ἐκ ταύτης οἰκειοῦσθαι τὰ ὁπωσοῦν ἄξια τῆς αὐτοῦ κτήσεως νομιζόμενα· τῆς δὲ Ῥουφίνου γαμετῆς σὺν τῇ θυγατρὶ τῇ τῶν Χριστιανῶν ἐκκλησίᾳ προσδραμούσης δέει τοῦ μὴ συναπολέσθαι τῷ ἀνδρί, πίστιν δοὺς ὁ Εὐτρόπιος ἐφῆκεν αὐταῖς εἰς τὴν κατὰ Ἱεροσόλυμα πόλιν ἐκπλεῦσαι, πάλαι μὲν οἰκητήριον Ἰουδαίων οὖσαν, ἀπὸ δὲ τῆς Κωνσταντίνου βασιλείας ὑπὸ Χριστιανῶν τιμωμένην οἰκοδομήμασιν. ἐκεῖναι μὲν οὖν αὐτόθι τὸν λειπόμενον τοῦ βίου διέτριψαν χρόνον· Εὐτρόπιος δὲ πάντας, ὧν εἴη τις λόγος, ἐκποδὼν καταστῆσαι
a. 396 βουλόμενος, ὡς ἂν μηδεὶς ἕτερος πλὴν αὐτοῦ βασιλεῖ παραδυναστεύῃ, καὶ ἐπὶ Τιμασίῳ στρατιωτικῶν ἡγησαμένῳ ταγμάτων ἀπὸ τῶν Οὐάλεντος καὶ πολλῶν μετασχόντι πολέμων ἐπιβουλὴν ἵστησιν, οὐδεμιᾶς αἰτίας ὑπούσης. ἦν δὲ ἡ συκοφαντία τοιάδε. (9) Βάργος ἐκ τῆς ἐν Συρίᾳ Λαοδικείας ὁρμώμενος, ἀλλᾶντας ὠνίους ἐπ' ἀγορᾷ προτιθείς, ἐπί τισιν ἁλοὺς ἀτοπήμασιν ἀπὸ

9 αὐτῶν L margo. 16 εἴη *H*, ἦν *S*, εἴ LP. 18 ἀπὸ τῶν Οὐάλεντος] subaudiendum χρόνων. *S*. 22 usitatius ἐπ' ἀγορᾶς. sed cf. 5 11.

bant, ut et manum eius ubique per urbem circumgestarent, et ab occurrentibus peterent, insatiabili stipem darent.

8. Ac Rufinus quidem, qui compluribus intolerabilium malorum privatim auctor exstiterat et universae rei publicae detrimentum attulerat, dignas admissis facinoribus diris poenas luit. Eutropius autem, opera Stelichoni navata in omnibus quae contra Rufinum ille machinatus fuerat, iam iis quae agerentur in aula plena cum potestate praeerat. ac Rufini quidem facultates sibi maiori ex parte vindicat, cum aliis quoque concessisset, ut ex iis ea sibi sumerent quae possideri ab eis posse quoquo modo viderentur. uxori vero filiaeque Rufini, ad ecclesiam Christianorum metu confugientibus, ne cum illo perirent, Eutropius fide data permisit ut Hierosolymorum ad urbem navigarent, quae olim Iudaeorum domicilium fuit, sed ab imperio Constantini a Christianis ornari aedificiis coepit. hic illae reliquum vitae tempus exegerunt. ceterum Eutropius omnes, qui essent alicuius auctoritatis, submovere volens, ne quis alius praeter ipsum potestate imperatori proximus esset, etiam Timasio, qui a Valentis usque temporibus dignitatem magistri militum habuerat et pluribus interfuerat bellis, nulla iusta de causa insidias struit. erat autem huiusmodi calumnia. (9) Bargus oriundus Laodicea, quod oppidum est Syriae, lucanicarum in foro institor, in flagitiis quibus-

τῆς Λαοδικείας εἰς τὰς Σάρδεις ἦλθε φυγάς, εἶτα κἀκεῖσε φανεὶς οἷος ἦν, ἐπὶ πονηρίᾳ διεβεβόητο. τοῦτον ὁ Τιμάσιος ταῖς Σάρδεσιν ἐπιδημήσας, στωμύλον ἰδὼν δεινόν τε κολακείᾳ ῥᾳδίως ὑπαγαγέσθαι τοὺς προστυγχάνοντας, ᾠκειώσατό τε καὶ παραχρῆμα στρατιωτικοῦ τέλους ἔταξεν ἄρχειν· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλ᾽ ἤδη καὶ εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἑαυτῷ συναπήγαγεν. οὐκ ἐπαινούντων δὲ τῶν ἐν τέλει τὸ γεγονὸς (ἔτυχε γὰρ πρότερον ὁ Βάργος διά τινα πονηρεύματα τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει διατριβῆς ἀποκεκλεισμένος) ὄργανον ἐπιτήδειον Εὐτρόπιος εἰς τὴν κατὰ Τιμασίου συκοφαντίαν τὸν ἄνδρα τοῦτον εὑρὼν ἵστησι κατήγορον αὐτῷ, γραμμάτια δεικνύντα ψευδῆ, βασιλείας ἐπιθυμίαν ἐπιφέροντα Τιμασίῳ. καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς προυκάθητο δικαστής, Εὐτρόπιος δὲ παρεστώς, ἐπειδὴ καὶ τὴν ἡγεμονίαν πάντων τῶν βασιλικῶν εἶχε κοιτώνων, τῆς πάσης ψήφου κύριος ἦν. πάντων δὲ δυσανασχετούντων ἐφ᾽ οἷς ἀλλαντοπώλης ἄνθρωπος τὸν ἐν ἀρχαῖς καὶ ἀξίαις διαπρέψαντα τοσαύταις ἵστατο κρίνων, ἀνεχώρει μὲν τῆς κρίσεως ὁ βασιλεύς, ἐπέτρεπε δὲ ταύτην Σατουρνίνῳ καὶ Προκοπίῳ. τούτοιν δὲ ὁ μὲν εἰς βαθὺ γῆρας ἦν προελθὼν καὶ μεγάλαις τετιμημένος ἀξίαις, οὐκ ἔξω δὲ κολακείας, ἀλλ᾽ εἰωθὼς ἐν ταῖς κρίσεσι τὰς τῶν βασιλεῖ παραδυναστευόντων θεραπεύειν ὁρμάς τε καὶ γνώμας· ὁ δὲ Προκόπιος τοῦ μὲν βασιλέως ἐγεγόνει

11 γραμμάτεια P. 16 κρίνων h. l. de delatore s. accusatore, qui in iudicium adduxit: εἰς κρίσιν ὑπάγων. *H.* 18 μὲν εἰς εἰς P. 21 Προκόπιος ab Ammiano (26 14) *Petronius patricius*, Valentis socer vocatur: etiam in l. 7 c. Th. *de filiis militarium.* ergo in nomine fortassis error est apud Zosimum. *Valesius.* Tille-

dam deprehensus Laodicea Sardes profugerat; ubi cum talem se gereret qualis erat, malitia nobilitatur. hunc Timasius, qui Sardes venerat, cum facetum videret, ac mirum artificem quibusvis hominibus, in quos incideret, assentando facile sibi conciliandis, in familiaritatem admittit et confestim cohorti militum praeficit. nec illo contentus etiam Cpolim secum abducit. hoc factum non probantibus iis qui erant in magistratu, quod Bargo iam ante propter admissa quaedam improba facinora fuisset interdictum ne Cpoli degeret, Eutropius, homine reperto quo ad struendam Timasio calumniam uteretur, velut instrumento idoneo, summittit hunc accusatorem Timasio, libellos falsos praeferentem, qui affectati crimen imperii Timasio impingerent. imperator iudicis officio fungens praesidebat; Eutropius adstans, qui cubiculis augustalibus in universum praepositus esset, ferendae sententiae penes se potestatem habebat. cum moleste ferrent omnes institorem farciminum tot muneribus atque dignitatibus illustri viro crimen intentare, princeps relicto iudicio id ipsum Saturnino et Procopio committit. horum alter provectioris aetatis erat magnisque perfunctus honoribus, non tamen adulationis expers, sed qui consuesset in iudiciis eorum qui secundum principem summam potentiam obtinebant studiis et animis obsequi. Procopius autem

Οὐάλεντος κηδεστής, σκαιὸς δέ τις ὢν καὶ ἀνάγωγος ἔν τισιν ἐδόκει τἀληθῆ μετὰ παρρησίας ἐκφαίνειν. ὥστε ἀμέλει καὶ τότε συνενεχθεὶς εἰς τὴν κατὰ Τιμασίου ψῆφον τῷ Σατουρνίνῳ τοῦτο προσέθηκεν, ὡς οὐκ ἔδει Τιμασίου Βάργον εἶναι κατήγορον, οὐδὲ τὸν τοσαύταις ἀρχαῖς διαπρέψαντα καὶ ἀξίαις εὐτελοῦς ἀνθρώπου καὶ ἀνασεσυρμένου συκοφαντίαις ἁλῶναι, καὶ ὅπερ ἦν ἀτοπώτατον, εὐεργέτην ὑπὸ τοῦ παθόντος εὖ πράγματα πάσχειν. ὤνησε δὲ οὐδὲν ταύτῃ χρησάμενος τῇ παρρησίᾳ Προκόπιος, ἀλλ' ἡ μὲν Σατουρνίνου ψῆφος ἐκράτει σφόδρα ἐπαινεθεῖσα, Τιμάσιος δὲ τῇ Ὀάσεως οἰκήσει παραδοθεὶς ἀπηλαύνετο, φυλακῆς αὐτὸν δημοσίας παραπεμπούσης. τόπος δὲ ἦν οὗτος λυπρότατος καὶ οὐδενὶ τῶν αὐτῷ παραδιδομένων ἀναχωρεῖν ἐνδιδούς· ἥ τε γὰρ ἐν μέσῳ γῆ ψαμμώδης οὖσα καὶ παντάπασιν ἔρημος καὶ ἀοίκητος ἀφαιρεῖται τῆς γνώσεως τοὺς ἐπὶ τὴν Ὄασιν ἀπιόντας, τῶν ἀνέμων τοῖς ἴχνεσι τὴν ψάμμον ἐπιφερόντων, καὶ τῷ μήτε φυτὸν μήτε οἴκησιν εἶναι, γνώρισμα εἰς εἰκασίαν τι καταλιπεῖν τοῖς ὁδοιποροῦσι δυνάμενα. φήμη δὲ ὅμως εἰς ἅπαντας ᾔει παρὰ Συαγρίου τοῦ παιδὸς ἡρπάσθαι Τιμάσιον λέγουσα, διαφυγόντος τοὺς ἐσταλμένους εἰς ἀναζήτησιν αὐτοῦ καὶ διά τινων ἁρπάσαντος τὸν πατέρα λῃστῶν. ἀλλ' εἴτε ἀληθῆ ταῦτα ἦν εἴτε Εὐτροπίῳ χαριζόμενοι ταῦτα ἐν τῷ πλήθει διέσπειραν, οὐκ ἔγνω τις τὸ σαφές, πλὴν ὅτι περ οὔτε Τιμάσιος οὔτε Συάγριος ἐξ ἐκείνου πεφήνασιν.

mont. t. 5 p. 137 rectius κηδεστής interpretatur non socer sed gener, accedente auctoritate Chrysostomi Ep. ad Rom. de voce κηδεστής vid. Spanh. ad Iuliani or. 1 p. 287. *R.*

Valentis imperatoris gener fuerat, homo ferox et intractabilis, qui veritatem in nonnullis profiteri libere videretur, adeo quidem ut hoc tempore, in condemnando quidem Timasio cum Saturnino consentiens, illud tamen adiecit, non debuisse Bargum accusatorem dari Timasio, nec virum tot gestis magistratibus dignitatibusque clarum vilis homuncionis et prorsus impuri calumniis opprimi, et (quod esset absurdissimum) bene merito fieri negotium ab eo qui beneficiis affectus esset. non tamen hac usus libertate Procopius quicquam profecit, sed admodum laudata Saturnini sententia vicit. Timasius autem ad inhabitandum Oasim damnatus expellitur, huc eum deducente satellitio publico. is erat locus insigniter sterilis; e quo nemo posset evadere, qui eo deportaretur. nam quod aliunde huc euntibus interiectum solum occurrit, arenosum, vastum prorsus et inhabitatum, notitiam pergentibus in Oasim omnem adimit, tum quod venti vestigiis arenam ingerant, tum etiam quod nec arbor ulla nec domicilium sit, quae indicium aliquod iter facientibus ad coniecturam relinquere possint. fama tamen ad omnes emanavit, a Syagrio filio Timasium ereptum fuisse, qui ad inquirendum se missos evasisset operaque praedonum quorundam patrem rapuisset. sed sive adeo vera istaec erant sive per quosdam Eutropio gratificantes in vulgus spargebantur, nemo quidem certe rem accurate cognoscere potuit, extra quam quod neque Timasius neque Syagrius ex eo tempore conspecti fuerunt.

10. Ὁ δὲ Βάργος, ὡς ἔξω πάσης ὑποψίας καταστήσας Εὐτρόπιον οὐκέτι τὴν Τιμασίου δυσμένειαν ὑφορώμενον, ἠξιοῦτο στρατιωτικοῦ τέλους ἀρχῆς χρήματα φέρειν αὐτῷ κομψὰ δυναμένης, καὶ ἀνεχώρει μειζόνων ἐλπίσι δωρεῶν βουκολούμενος· ἠγνόει γὰρ ὡς Εὐτρόπιος τοιοῦτον αὐτὸν φανέντα περὶ Τιμάσιον τὸν εὐεργέτην καὶ περὶ αὐτὸν ὅμοιον φανήσεσθαι προσεδόκησεν. ἐκδημήσαντος γοῦν τῆς ἀρχῆς ἕνεκα Βάργου, τὴν τούτῳ συνοικοῦσαν γυναῖκα διά τινας αἰτίας ἀπεχθῶς πρὸς αὐτὸν ἔχουσαν πείθουσι γραμματεῖα προδοῦναι τῷ βασιλεῖ κατηγορίας φέροντα πλείστας εἰς τὰ μέγιστά τε τῶν ἐγκλημάτων τὸν Βάργον ἀγούσας. ἅπερ ἀκηκοὼς Εὐτρόπιος εὐθὺς ἦγεν εἰς κρίσιν τὸν ἄνθρωπον καὶ ἁλόντα παρεδίδου τιμωρίᾳ πρεπούσῃ, μεθ᾽ ἣν ἅπαντες θαυμάζοντες ἅμα καὶ ἀνυμνοῦντες τὸν τῆς Ἀδραστείας ὀφθαλμὸν διετέλεσαν, ὃν οὐχ οἷόν τέ τινα τῶν ἠσεβηκότων κατά τι λαθεῖν.

Μεθύων δὲ ἤδη τῷ πλούτῳ καὶ ὑπὲρ τὰ νέφη τῇ φαντασίᾳ φέρεσθαι δοκῶν ὁ Εὐτρόπιος ἐν ἅπασι σχεδὸν τοῖς ἔθνεσιν εἶχε τοὺς τὰ πραττόμενα πολυπραγμονοῦντας, καὶ ὅπως ἕκαστος ἔχοι τύχης· καὶ οὐδὲν ἦν καθάπαξ ὃ μὴ χρημάτων αὐτῷ κέρδος ἐπῆγεν. ἄγει τοίνυν αὐτὸν καὶ κατὰ Ἀβουνδαντίου φθόνος τε ὁμοῦ καὶ πλεονεξία. ἦν δὲ Ἀβουνδάντιος ἀπὸ τῆς ἐν τῇ Θρᾴκῃ Σκυθίας, ἐκ δὲ τῶν Γρατιανοῦ στρατευσάμενος χρόνων καὶ ἐπὶ Θεοδοσίου τιμῶν μεγίστων ἐπιβάς, ἤδη δὲ καὶ στρατηγὸς καὶ ὕπατος

1 ὡς add P. 9 *γράμματα προσδοῦναι* Leunclavius. 18 οὐδὲν *R*: libri οὐδὲ.

10. Bargus vero, qui omnis periculi metu liberasset Eutropium non iam inimicitias Timasii suspectas amplius habentem, militum cohortis praefectura donatur, ex qua lucrum habere commodum posset; maiorumque munerum spe deceptus abiit. ignorabat enim Eutropium sibi de eo qui talem erga bene meritum Timasium se gessisset, non nisi consimilem animum erga se quoque pollicitum. cum igitur muneris sui causa Bargus domo profectus esset, iunctam ei matrimonio mulierem, quae esset infesto propter causas quasdam in illum animo, libellos quosdam offerre principi persuadent; quibus accusationes plurimae continerentur et criminum gravissimorum Bargus insimularetur. his auditis hominem Eutropius confestim in ius duci iubet, et convictum merito supplicio punit; quo facto non cessabant omnes oculum Adrastiae tum admirari tum celebrare, quem fieri nequeat ut quisquam nefaria patrantium ullo modo fallat.

Eutropius autem iam opibus ebrius, supraque nubes imaginatione sua se ferri existimans, apud omnes prope nationes habebat qui curiose scrutarentur, quicquid ageretur et quae esset cuiusque fortuna; nec omnino quicquam erat quod ei pecuniae lucrum non ferret. igitur eum adversus Abundantium quoque invidia pariter et avaritia concitat. erat autem Abundantius oriundus e Scythia, Thraciae parte, qui inde usque a Gratiani temporibus militaverat, ac sub Theodosio maximos honores adeptus etiam praetor atque

ἀποδεδειγμένος. ἐπειδὴ καὶ τοῦτον Εὐτρόπιος ἠβουλήθη τῆς οὐσίας τε ὁμοῦ καὶ πάσης τιμῆς ἐκπεσεῖν, ἔγραφε μὲν ταῦτα ὁ βασιλεύς, ἀπηλαύνετο δὲ Ἀβουνδάντιος τῶν βασιλείων, οἴκησιν τὴν ἐν Φοινίκῃ Σιδῶνα λαχὼν καὶ ἐν ταύτῃ τὸν λοιπὸν χρόνον βεβιωκώς.

a. 397 11. Εὐτρόπιος τοίνυν ἐν μὲν τῇ Κωνσταντινουπόλει παντάπασιν ἔχων οὐδένα τὸν ἀντιβλέπειν τολμῶντα, μόνον δὲ Στελίχωνα τῶν κατὰ τὴν ἑσπέραν κυριεύοντα πραγμάτων κατὰ νοῦν ἔχων, ἀνελεῖν αὐτῷ διενοεῖτο τὴν ἐπὶ Κωνσταντινούπολιν ἄφιξιν. ἀναπείθει δὴ τὸν βασιλέα, τέως συναγαγόντα τὴν γερουσίαν, κοινῷ δόγματι τῆς βασιλείας πολέμιον αὐτὸν προσειπεῖν. οὗ δὴ γενομένου Γίλδωνα παραχρῆμα πάσης ἔχοντα τῆς ὑπὸ Καρχηδόνα Λιβύης τὴν ἡγεμονίαν οἰκειωσάμενος, ἀφίστησι διὰ τούτου τὴν χώραν τῆς Ὀνωρίου βασιλείας καὶ τῇ Ἀρκαδίου προστίθησιν. ἐπὶ τούτῳ δυσχεραίνοντι καὶ λίαν ἀπορουμένῳ Στελίχωνι συνήρατο τὸ ἀπὸ τῆς τύχης αὐτόματον. ἀδελφὸν γὰρ ἔχων ὁ Γίλδων ᾧ Μασκέλδηλος ἦν ὄνομα, καὶ τούτῳ διὰ βαρβαρικὴν μανίαν ἐπιβουλεύσας ἠνάγκασεν εἰς τὴν Ἰταλίαν ὡς Στελίχωνα πλεῦσαι καὶ ὅσα παρὰ τἀδελφοῦ πέπονθεν ἐξειπεῖν. ὁ δὲ δυνάμεις ἁδρὰς αὐτῷ παραδοὺς καὶ πλοῖα χορηγήσας ἀρκοῦντα, πολεμήσοντα τῷ Γίλδωνι παραπέμπει. οὗτος ἀναβὰς ἔνθα διατρίβοντα τὸν ἀδελφὸν ἠκηκόει, καὶ ἀπαρασκεύῳ μετὰ τῆς στρατιᾶς ἐπιπεσών, μάχης

1 ἐπεὶ δὲ? 8 τῶν *S*, τὸν LP. 11 προειπεῖν? 12 Γίλδωνα] uterque codex α pro λ in hoc nomine habet. *S.* 16 Ammianus *Mascizel*, alii *Mazescel* et *Mascelzel.* 21 ἀναβάς aut ἐπιστάς *H*, cum legeretur ἀναστάς.

consul designatus fuerat. posteaquam hunc quoque voluit Eutropius facultates et dignitatem omnem amittere, saltim id scripto mandat imperator; et mox aula pellitur Abundantius, oppidum Phoeniciae Sidonem habitare iussus, ubi reliquum vitae tempus transegit.

11. Cum ergo iam neminem Cpoli prorsus haberet Eutropius qui eum vel obtueri auderet, solum Stelichonem, arbitratu suo res Occidentis tractantem, animo versans, quo minus ille Cpolim accederet, aditum ei praecludere cogitat. quare principi persuadet ut convocato senatu Stelichonem hostem imperii decreto publico declararet. quo facto mox sibi Gildonem, totius ad Carthaginem pertinentis Africae ducem, adiungit, et eius opera provinciam Honorii principis imperio subtractam Arcadianae dicioni adiicit. eam rem permoleste ferenti nec mediocriter animi dubio Stelichoni quidam se fortuitus casus obtulit. quippe cum Gildo fratrem, quem habebat nomine Masceldelum, furore quodam barbarico appeteret insidiis, ad eam hunc necessitatem redegit ut in Italiam ad Stelichonem navigaret, quaeque perpessus a fratre fuisset ei exponeret. is amplis illi copiis traditis suppeditatoque navium idoneo numero, bellum adversus Gildonem gesturum ablegat. posteaquam ad eum locum pervenisset ubi commorari fratrem inaudiverat, atque in

καρτερᾶς γενομένης τοσοῦτον ἐκράτησεν ὥστε Γίλδωνα τὸν βίον a. 398 ἀπολιπεῖν ἀπαγξάμενον· τοῦτο γὰρ εἵλετο μᾶλλον ἢ ὑπὸ τοῖς πολεμίοις γενέσθαι. καὶ ὁ μὲν Γίλδωνος ἀδελφὸς ἀποδοὺς τῇ Ὁνωρίου βασιλείᾳ Λιβύην εἰς Ἰταλίαν ἐπανῄει νενικηκώς· Στελίχων δὲ νεμεσήσας ἐπὶ τῷ κατορθώματι θεραπεύειν ὅμως προσεποιεῖτο, χρηστὰς ὑποφαίνων ἐλπίδας. ἐπεὶ δὲ προϊὼν ἐπί τι προάστειον ἐπὶ ποταμοῦ γεφύρας ἐγένετο, μετὰ δὲ τῶν ἄλλων εἵπετο καὶ ὁ Μασκέλδηλος αὐτῷ, σύνθημα πρὸς τούτου δεδομένον αὐτοῖς οἱ δορυφόροι πληροῦντες ὠθοῦσι κατὰ τοῦ ποταμοῦ. καὶ ὁ μὲν Στελίχων ἐγέλα, τὸ δὲ ῥεῦμα συναρπάσαν ἀποπνίγει τὸν ἄνθρωπον.

12. Ἐντεῦθεν ἡ μὲν Εὐτροπίου δυσμένεια καὶ Στελίχωνος ἀνεκαλύπτετο καὶ ἐν τοῖς ἁπάντων στόμασιν ἦν· ἀλλοτρίως δὲ πρὸς ἑαυτοὺς ἔχοντες ἐπὶ πάσης ἀδείας τοῖς τῶν ἀρχομένων κακοῖς ἐνετρύφων, ὁ μὲν ἤδη τὴν θυγατέρα Μαρίαν Ὁνωρίῳ τῷ βασιλεῖ γαμετὴν δεδωκώς, ὁ δὲ κυριεύων Ἀρκαδίου καθάπερ βοσκήματος. εἴτε γὰρ κτῆμα περίβλεπτον ἦν τινὶ τῶν ὑπηκόων, εἰς θατέρου τούτων μετετίθετο δεσποτείαν, καὶ χρυσὸς δὲ καὶ ἄργυρος ἅπας ἐκ τῶν πρότερον ἐχόντων εἰς αὐτοὺς ἔρρει· πολὺς γὰρ ἦν ὁ τῶν ἁπανταχοῦ συκοφαντούντων ἑσμός, οἷς ἐπετέτακτο τοιαῦτα καταμηνύειν.

13. Τῆς δὲ βασιλείας ἑκατέρωθεν οὔσης ἐν τούτοις, ἅπαντες a. 399 μὲν οἱ τὴν γερουσίαν πληροῦντες ἐπὶ τῇ τῶν πραγμάτων ἐδυσ-

illum imparatum cum exercitu irruisset, acri proelio commisso usque adeo victor exstitit ut Gildo sibi mortem, laqueo fracta gula, conscisceret. hoc enim perpeti maluit quam in hostium potestatem venire. Gildonis vero frater, Africa Honorii regno restituta, victor in Italiam reversus est; cui Stelicho licet ob rem bene gestam invideret, tamen bonas spes faciens colere se hominem simulat. cum autem aliquando quoddam ad suburbanum prodiret et in pontem fluminis pervenisset, atque illum cum aliis Masceldelus quoque comitaretur, satellites ab eo dato signo satisfacientes hominem in flumen detrudunt. ibi Stelicho ridere, Masceldelus fluminis abreptus impetu suffocari.

12. Hinc iam inimicitiae Stelichonis et Eutropii in apertum erumpere et in ore omnibus esse, atque his odiis animorum mutuis insistentes omni cum licentia subditorum malis insultant, cum iam Stelicho Mariam filiam Honorio principi dedisset uxorem, et Eutropius in Arcadium veluti pecudem quandam imperium exerceret. nam sive praedium aliquod insigne subditorum quisquam haberet, ad horum alterius dominium transibat; sive quid auri et argenti esset, id omne pristinis a possessoribus ad ipsos confluebat. quippe magnum erat agmen hominum ubique calumnias struentium, quibus horum deferendorum cura commissa fuerat.

13. Cum esset utrinque hic imperii status, omnes ordinis senatorii proceres afflictam miseramque rerum condicionem indigne ferebant, praesertim

σχέραινον κακουχίᾳ, οὐχ ἥκιστα δὲ Γαΐνης, οὔτε τῆς πρεσβυτέρῳ πρεπούσης στρατηγῷ τιμῆς ἀξιούμενος, οὔτε δωρεαῖς ἀπληστίαν ἐμπλῆσαι βαρβαρικὴν δυνάμενος. ἀπέκναιε δὲ πλέον αὐτὸν εἰς τὴν Εὐτροπίου οἰκίαν χρήματα πάντα εἰσρέοντα. ἐπὶ τούτοις ἀχθόμενος κοινωνὸν ποιεῖται Τριβίγιλδον τῆς σκέψεως. ἦν δὲ οὗτος ἀνὴρ φιλοκίνδυνος καὶ πρὸς πᾶσαν ἀπόνοιαν ἑτοιμότατος, ἦρχε δὲ οὐ Ῥωμαϊκῶν ἰλῶν ἀλλὰ βαρβάρων ἐνιδρυμένων τῇ Φρυγίᾳ, παρὰ βασιλέως τὴν τούτων λαβὼν ἐπιμέλειαν. οὗτος ἐπὶ τὴν Φρυγίαν ἐθέλειν ἐκδημῆσαι προσποιούμενος, ὅπως ἂν ἐπισκέψαιτο τοὺς ὑπ' αὐτῷ τεταγμένους βαρβάρους, ἐπὶ τούτῳ τε τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐξορμήσας ἐχώρει. παραλαβὼν δὲ τοὺς βαρβάρους ὧν τὴν ἡγεμονίαν εἶχεν, ἅπαντα ἐπῄει τὰ ἐν μέσῳ, φόνου μὲν ἀνδρῶν ἢ γυναικῶν ἢ παιδίων οὐκ ἀπεχόμενος, τὰ δὲ ἐν ποσὶ ληϊζόμενος· ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τυσοῦτο πλῆθος συνήγαγεν οἰκετῶν καὶ ἄλλως ἀπερριμμένων ἀνθρώπων ὥστε εἰς ἔσχατον κινδύνου τὴν Ἀσίαν ἅπασαν ἀπαγαγεῖν. ἥ τε γὰρ Λυδία πάσης ἐνεπέπληστο ταραχῆς, πάντων ὡς εἰπεῖν ἐπὶ τὰ θαλάσσια φυγόντων καὶ ἅμα τοῖς σφετέροις ἅπασιν ἐπὶ τὰς νήσους ἢ ἄλλοθί ποι διαπλεόντων· καὶ ἡ πάραλος δὲ Ἀσία τὸν κίνδυνον ὅσον οὐδέπω θεωρήσειν ἐπιστησόμενον αὐτῇ προσεδόκα. (14) ἀλλ' ἐπειδὴ ταῦτα τῷ βασιλεύοντι συνηγγέλθη, λόγον μὲν οὐδένα τῆς κοινῆς ἐποιεῖτο

1 πρεσβυτέρῳ om P. 3 pro δυνάμενος sententia duo requirere videtur, δυναμένοις θεραπευόμενος *S.* 5 in LP aliquoties vel Τριβίγιλδος vel Τριβίλγιδος scribitur. *S.* Claudianus *Targibilus*; fortasse metri causa. *R.* 14 ante ἐν ὀλίγῳ desideratur copula καί, vel τε post eas ipsas voces. *S.* nisi malis καὶ ante φόνου.

Gainas, qui nec convenientem duci provectioris aetatis honorem consequeretur, nec muneribus ob insatiabilem animi barbari libidinem expleri posset; quem denique magis etiam ureret, quod omnes in Eutropii domum pecuniae derivarentur. has ob causas indignatus socium sibi consilii Tribigildum adiungit. is periculis obeundis praesenti vir erat animo, et quodvis ad facinus audendum promptissimus. nec alis equestribus Romanis sed barbaris, in Phrygia collocatis, praeerat, quarum erat illi a principe data cura. hic in Phrygiam proficisci se velle simulat, ut militantes sub se barbaros inspiceret; eoque nomine Cpoli digressus abit. cumque barbaros secum sumpsisset, quorum dux erat, quicquid esset in itinere medio situm invadit; nec virorum aut mulierum aut puerorum caedibus abstinens, et obvia quaeque diripiens, perexiguo tempore tantam coëgit multitudinem calonum aliarumque vilium personarum, ut Asiam totam in extremum discrimen adduceret. nam et plena tumultus Lydia penitus erat, fere omnibus ad loca maritima confugientibus et cum suis universis ad insulas aliove navigantibus, et Asia mari finitima periculum iam imminens, quantum alias unquam, se conspecturam videbatur. (14) haec ubi nuntiata principi fuissent, nullam ille publicae calamita-

συμφορᾶς (οὐδὲ γὰρ οἷός τε ἦν συνιδεῖν τὸ πρακτέον ἐσχάτως ἀνόητος ὤν), Εὐτροπίῳ δὲ τὴν πᾶσαν ἔδωκε τῆς βασιλείας οἰκονομίαν. ὁ δὲ Γαΐνην αἱρεῖται καὶ Λέοντα στρατηγούς, τὸν μὲν εἰς τὴν Ἀσίαν ἐκπέμψων ἐπελευσόμενον τοῖς κατέχουσι ταύτην βαρβάροις ἢ ἄλλως μιγάσιν ἀνθρώποις, Γαΐνην δὲ διὰ τῆς Θρᾴκης καὶ τῶν τοῦ Ἑλλησπόντου στενῶν ἀπαντήσοντα τοῖς πολεμίοις, εἰ καὶ τοῖς τόποις ἐκείνοις ἐνοχλοῦντας θεάσαιτο. Λέων μὲν οὖν ὁ τοῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν συμβεβηκόσι βοηθῆσαι ταχθεὶς ἀρετῆς μὲν οὐδ' ἡστινοσοῦν μετειλήφει στρατηγικῆς, οὐδ' ἄλλου τινὸς ἀξίου πρὸς τοῦτο τύχης αὐτὸν ἀγαγεῖν, πλὴν ὅτι πρὸς Εὐτρόπιον εἶχεν οἰκείως· Γαΐνης δὲ τὴν ἐπὶ Θρᾴκην ἐστέλλετο, κωλύσων τὴν δι' Ἑλλησπόντου τῶν ἅμα Τριβιγίλδῳ διάβασιν, ναυμαχήσων τε αὐτοῖς, εἰ καὶ τούτου γένοιτο χρεία. ταύτῃ διαταχθέντες οἱ στρατηγοὶ τὰς δυνάμεις ἀπῆγον, οὗπερ ἕκαστος ἔλαχε. Γαΐνης δέ, ἃ συνέκειτο πρὸς Τριβίγιλδον αὐτῷ λαβὼν κατὰ νοῦν, καὶ ὡς ἐνέστηκεν ὁ καιρὸς ἀντιλαβέσθαι κελεύων τῆς ἐγχειρήσεως, ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἄγειν Τριβιγίλδῳ τὴν στρατιὰν ἐκέλευεν. εἰ μὲν οὖν ἅπερ ἐφρόνει κατὰ τῆς πολιτείας ἐταμιεύσατο καὶ ἡσυχῇ μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ βαρβάρων τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἔτυχεν ἐξορμήσας, πάντως ἂν ἐξέβαινεν αὐτῷ τὸ βεβουλευμένον εἰς τέλος, καὶ ἥ τε Ἀσία πᾶσα κατείληπτο καὶ συναπολέσθαι ταύτῃ τὴν ἑῴαν οὐδὲν ἦν τὸ κωλῦον. ἀλλ' ἐπειδὴ τῇ Ῥωμαίων ἐπικρατείᾳ φυλάττεσθαι τὰς πόλεις ἐβούλετο τέως ἡ τύχη, Γαΐνης μὲν τῷ προσόντι φύσει

tis rationem habere (nec enim perspicere poterat quid agendum esset, extreme stolidus homo) sed Eutropio totam administrationem imperii tradere. is et Gainam et Leonem duces eligit, hunc ablegaturus in Asiam, ut obtinentes eam barbaros vel alioqui promiscue collecticios adoriretur, Gainam per Thraciam et Hellesponti dimissurus angustias, hostibus ibidem occursurum, si et istaec loca vexari ab eis conspexisset. ac Leo sane, qui rebus Asiaticis opem ferre iussus fuit, nulla prorsus imperatoria virtute praeditus erat, nec alia dote quapiam quae ad hanc fortunam eum provehere mereretur, uno excepto, quod Eutropio familiaris esset. Gainas in Thraciam mittebatur, quo minus per Hellespontum Tribigildi milites transiicerent prohibiturus; ac navali quoque proelio cum eis congressurus, si quidem usus ita posceret. in hunc modum ordinati duces eo copias abducunt quo sortitus quisque fuerat. Gainas iis ad animum revocatis de quibus inter ipsum et Tribigildum convenerat, quodque iam tempus appetiisset quo coeptum exsequi conatum deberet, Tribigildo suas ut copias ad Hellespontum duceret imperat. enimvero si quae contra rem publicam mente conceperat occultasset, ac pacate cum barbaris suis Cpoli fuisset egressus, omnino successurum erat ei quod ceperat consilium, Asiaque tota fuisset occupata; nec quo minus ea perdita simul et Oriens periret, quicquam erat omnino quod prohiberet. sed quando adhuc urbes illas imperio Romano fortuna salvas esse volebat, a natura barbaris

θερμῷ καὶ μανιώδει τοῖς βαρβάροις ἐξενεχθεὶς ἀπεχώρει τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ὅλην ὡς εἰπεῖν τὴν ἐξουσίαν τοῦ πολέμου παραλαβών, οὔπω δὲ σχεδὸν εἰς τὴν Ἡράκλειαν ἀφιγμένος τῷ Τριβιγίλδῳ τὸ πρακτέον ἐσήμαινεν. ὁ δὲ ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον οὐκ ἔγνω χωρεῖν δέει τοῦ μὴ περιπεσεῖν ταῖς αὐτόθι καθεσταμέναις δυνάμεσι, πᾶσαν δὲ καταστρεψάμενος τὴν Φρυγίαν προσέβαλλε καὶ Πισίδαις, καὶ κωλύματος οὐδενὸς πειραθεὶς ἀπῄει πάντα πορθῶν. τούτων δὲ ἀπαγγελλομένων ὁ μὲν Γαΐνης οὐδένα τῶν πολεμουμένων ἐποιεῖτο λόγον, οἷα δὴ κατὰ νοῦν ἔχων ὅσα πρὸς αὐτὸν Τριβιγίλδῳ συνέκειτο, (15) Λέων δὲ τοῖς περὶ τὸν Ἑλλήσποντον διέτριβε τόποις, οὔτε συμπεσεῖν ἐς μάχην Τριβιγίλδῳ θαρρῶν, καὶ ἅμα δεδιέναι φάσκων μή ποτε δι' ἑτέρας ὁδοῦ μέρος τι τῆς στρατιᾶς ἐκπέμψας Τριβίγιλδος τὰ περὶ τὸν Ἑλλήσποντον λάθῃ χωρία καταστρεψάμενος. συνέβαινε τοίνυν, ὄντος οὐδενὸς ἐμποδίου τῷ Τριβιγίλδῳ, πᾶσαν μὲν κατὰ κράτος ἁλίσκεσθαι πόλιν, ἀναιρεῖσθαί τε πάντας τοὺς οἰκήτορας ἅμα τοῖς στρατιώταις, βάρβαρον δὲ σύμμαχον Ῥωμαίων εἶναι οὐδένα· τοῖς γὰρ ὁμοφύλοις ἐν ταῖς συμβολαῖς ἀναμιγνύμενοι κατὰ τῶν Ῥωμαίοις ὑπηκόων ἐχώρουν. ὁ δὲ Γαΐνης ἐπὶ ταῖς Ῥωμαίων ἄχθεσθαι δοκῶν συμφοραῖς, θαυμάζειν προσεποιεῖτο τὰ Τριβιγίλδου στρατηγήματα, καὶ ἀνανταγώνιστον ἔλεγεν εἶναι φρονήσει καὶ ἀγχινοίᾳ μᾶλλον ἢ δυνάμει πλεονεκτοῦντα. περαιωθεὶς δὲ εἰς τὴν Ἀσίαν

4 ἐπὶ μὲν τὸν? 11 cum praepositione legi potest ἐνδιέτριβε, nisi eam articulo τοῖς praeponere aut cum eodem subaudire malis. S. 20 προσεποιεῖτο Leunclavius: ὅπως ἐποίει LP.

Insito calore furoreque Gainas abreptus Cpoli discedit, universa propemodum belli potestate accepta. cumque vix Heracleam pervenisset, Tribigildo quid agendum esset significat. ille vero minime versus Hellespontum progredi statuit, veritus ne in constitutas istic copias incideret: sed vastata penitus Phrygia Pisidas adortus est; nec ullum expertus impedimentum, cuncta populatus abiit. quae res cum nuntiarentur, nullam Gainas eorum qui bello premebantur rationem habere, memor eorum de quibus ipsi cum Tribigildo convenisset. (15) interim Leo sitis ad Hellespontum locis immoratur, qui nec proelio congredi cum Tribigildo auderet, simulque vereri se diceret ne forte Tribigildus per aliam viam parte quadam copiarum emissa ex improviso agros ad Hellespontum depopularetur. quapropter accidit ut nulla re Tribigildum impediente quaevis oppida per vim caperentur, omnes illorum incolae cum ipsis militibus interficerentur, nemo denique barbarus a Romanorum partibus staret. nam ad suae nationis homines in ipsis semet aggregando conflictibus, adversus Romanorum subditos pedem inferebant. Gainas autem, qui Romanorum calamitates indigno videretur animo ferre, mirari se Tribigildi stratagemata simulat, quem prudentia diceret insuperabilem et sagacitate potius quam viribus hostem vincere. cum transiecisset in

ἐπεξῄει μὲν οὐδενί, περιεώρα δὲ τὴν τῶν πόλεων καὶ τῆς χώρας ἀπώλειαν, ἐπακολουθῶν μόνον· καὶ τὰ γινόμενα τρόπον τινὰ θεωρῶν ἐκαραδόκει τὴν ἐπὶ τὴν ἑῴαν τοῦ Τριβιγίλδου διάβασιν, ἐκπέμπων μὲν αὐτῷ λάθρᾳ δυνάμεις συνεπιλαμβανομένας οἷς ἐπεχείρει, μήπω δὲ τὴν ἑαυτοῦ περὶ τὰ πράγματα γνώμην ἐπιδείξας. εἰ μὲν οὖν ἐπελθὼν τὴν Φρυγίαν ὁ Τριβίγιλδος μὴ τὴν ἐπὶ Πισιδίαν ἀλλ' εὐθὺς ἐπὶ Λυδίαν ἐχώρησεν, οὐδὲν ἂν ἐκώλυσε ταύτης ἀκονιτὶ κατὰ κράτος αἱρεθείσης συναπολέσθαι καὶ τὴν Ἰωνίαν αὐτῇ, κἀκεῖθεν αὐτὸν ἐπὶ τὰς νήσους σκάφεσι διαβάντα, καὶ ναυτικὸν ὅσον ἐβούλετο πορισάμενον, ἅπασάν τε τὴν ἑῴαν διαδραμεῖν καὶ μέχρις Αἰγύπτου πάντα λῄσασθαι, μηδεμιᾶς ἀξιομάχου δυνάμεως οὔσης. ἐπεὶ δὲ ταῦτα μὲν οὐκ ἔλαβε κατὰ νοῦν, ἔγνω δὲ τῇ Παμφυλίᾳ Πισίδαις ὁμορούσῃ τὰς δυνάμεις ἐπαγαγεῖν, ὁδοῖς μὲν ἔτυχε δυσεμβάτοις καὶ ἱππασίᾳ παντάπασιν ἀπροσίτοις, στρατοπέδου δὲ οὐδενὸς ἐναντιουμένου Οὐαλεντῖνός τις τὴν Σέλγην οἰκῶν (πολίχνη δ' αὕτη Παμφυλίας ἐστίν, ἐπὶ λόφου κειμένη) παιδείας μετρίως ἡμμένος καὶ πείρας οὐκ ἔξω τυγχάνων πολεμικῆς, συναγαγὼν οἰκετῶν πλῆθος καὶ γεωργῶν, ταῖς πρὸς τοὺς γειτνιῶντας λῃστὰς συνεχέσι μάχαις γεγυμνασμένους, εἰς τοὺς ὑπερκειμένους τῶν παρόδων ἔστησε λόφους, ὡς ἂν θεωροῦντες ἅπαντας τοὺς διὰ τῆς ὁδοῦ πορευομένους αὐτοὶ μὴ φαίνοιντο, κἂν εἰ ἡμέρας οὔσης οἱ ἐναντίοι διαβαίνοιεν. (16) τοῦ δὲ Τριβιγίλ-

3 ἐπὶ τὴν ἑῴαν] res postulare videtur ἐπὶ τὴν Εὐρώπην. R. 5 γνώμην om LP. 6 τὴν Φρυγ.] ἐπὶ τὴν Φρυγ. L. 14 ἐνέτυχε vel περιέτυχε mavult S.

Asiam, neminem aggreditur, sed urbium et agrorum excidio neglecto, tantumque subsequens hostem et quodammodo spectator eorum quae gererentur, Tribigildi in Orientem progressum exspectat, clam copias ad eum mittens auxilio futuras ad ea quae moliretur; necdum sua de rebus institutis patefacta sententia. quodsi Tribigildus Phrygiam ingressus non Pisidiam versus sed in Lydiam protinus contendisset, nihil fuisset impedimento quo minus ea nullo labore per vim capta simul et Ionia periisset; unde navigiis transvectus in insulas, comparata classe quantam quidem vellet, universum percurrisset Orientem, et nullis idoneis copiis resistentibus ad Aegyptum usque cuncta diripuisset. at enim quod haec ad animum ei non accidisset, copiasque ducere statuisset in Pamphyliam finitimam Pisidis, in itinera multum impedita et equitatui prorsus inaccessa incidit. cum nullus eis obsisteret exercitus, Valentinus quidam, Selgae municeps, quod Pamphyliae oppidulum est in colle situm, homo mediocriter eruditus et rei bellicae non omnino rudis, mancipiorum et agricolarum multitudine collecta, quotquot erant exerciti pugnis adversus vicinos praedones continuis, in colles constituit, iis imminentes locis per quae transeundum erat, ut adspicientes universos iter istuc facientes ipsi prorsus a nemine conspicerentur, licet hostes interdiu transirent.

δου διὰ τῆς ὁμαλωτέρας ὁδοῦ μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ βαρβάρων ἐπὶ τὰ κάτω μέρη τῆς Παμφυλίας ἐλάσαντος, ἐλθόντος τε ἔτι νυκτὸς οὔσης εἰς τοὺς ὑποκειμένους τῇ Σέλγῃ τόπους, ἐβάλλοντο σφενδόναις οἱ βάρβαροι συνεχέσιν, ἀφιεμένων πετρῶν χειροπλήθων καὶ ἔτι μειζόνων· ἦν γὰρ ἐξ ὑπερδεξίων ῥᾳδία καὶ ἡ τῶν ἁδροτέρων ἄφεσις λίθων. ἀποφυγῆς δὲ οὐκ οὔσης — ἦν γὰρ κατὰ μὲν τὸ ἕτερον τῆς ὁδοῦ μέρος λίμνη βαθεῖα καὶ τέλματα, κατὰ δὲ τὸ ἕτερον ἄνοδος στενή, δυοῖν μόλις ἀνδράσι πάροδον ἐνδιδοῦσα· κυκλοειδῆ δὲ τὴν ἄνοδον οὖσαν οἱ ἐπιχώριοι καλοῦσι κοχλίαν, τῇ θέσει τοῦ ζῴου παρεμφερῶς. τοῦτον ἐφύλαττε τὸν τόπον Φλωρέντιός τις, συμμάχους ἔχων εἰς τὸ κωλῦσαι τοὺς πειρωμένους διαβαίνειν ἀρκοῦντας. ἐν τούτοις ἀπειλημμένοι τοῖς τόποις οἱ βάρβαροι καὶ τῷ πλήθει καὶ μεγέθει τῶν λίθων βαλλόμενοι κατὰ τὸ πολὺ διεφθείροντο μέρος· κατὰ στενοχωρουμένων γὰρ αὐτῶν οἱ λίθοι πίπτοντες οὐ διημάρτανον φόνου. πολλῆς τοίνυν ἐχούσης αὐτοὺς ἀπορίας, οἱ μὲν πλείους εἰς τὴν λίμνην ἑαυτοὺς μετὰ τῶν ἵππων ἀφῆκαν, καὶ τὸν ἀπὸ τῶν πετρῶν φεύγοντες θάνατον ἐν τοῖς τέλμασι διεφθάρησαν, Τριβίγιλδος δὲ ἅμα τριακοσίοις ἀναβὰς ἐπὶ τὸν κοχλίαν, καὶ χρήμασιν ὅτι πλείστοις τὸν Φλωρέντιον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ φύλακας ὑπελθών, ὠνεῖται τὴν πάροδον· καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ διαφυγὼν τοὺς λοιποὺς ἅπαντας περιεῖδεν ἄρδην ἀπολουμένους.

14 καταστενοχωρουμένων vulgo.

(16) posteaquam Tribigildus itinere magis plano ad inferiora Pamphyliae loca cum barbaris suis adequitasset ac noctu ad subiecta Selgae loca pervenisset, continuis barbari fundarum ictibus petebantur, excussis eius magnitudinis lapidibus qui manus implerent, atque etiam maioribus. quippe de locis superioribus etiam lapidum paulo maiorum iactus facilis erat. cum autem nullum esset effugium (nam ex altera viae parte stagnum profundum et paludes erant, ex altera quidem artus adscensus, qui transitus vix duobus viris praebebat; adscensum hunc, qui erat orbicularis, ob similitudinem animalis incolae cochleam vocant; hunc vero locum Florentius quidam cum praesidio tenebat, cum tot militiae socios secum haberet, quot quidem ad impediendos eos qui transire conarentur sufficerent) intercepti hisce locis barbari, et copia magnitudineque saxorum obruti, maiori ex parte peribant. nam quod in angustum cogerentur, decidentes in eos lapides aberrare non poterant quin aliquos occiderent. itaque consilii vehementer inopes in stagnum se complures una cum equis demiserunt; dumque mortem vitant, quae a saxis immineret, in paludibus exstincti sunt. Tribigildus autem cum trecentis conscensa cochlea, maximaque pecunia corrupto Florentio, cum militibus praesidiariis transitum redimit; eoque modo cum evasisset, reliquos omnes funditus deleri passus est.

Τοῦτον δὴ τὸν τρόπον οἰηθεὶς ὁ Τριβίγιλδος τὸν ἐπαχθέντα παρὰ Οὐαλεντίνου κίνδυνον αὐτῷ διαπεφευγέναι, τῶν πρότερον οὐκ ἐλάττοσι καθίστατο κινδύνοις περιπετής. ἅπαντες γὰρ ὡς εἰπεῖν οἱ τῶν πόλεων οἰκήτορες, τοῖς παρατυχοῦσιν ἐξοπλισάμενοι, συνέκλεισαν αὐτὸν ἅμα τοῖς συμφυγοῦσι τριακοσίοις ἐν μέσῳ τοῦ Μέλανος ποταμοῦ καὶ τοῦ Εὐρυμέδοντος, ὧν ὁ μὲν ἐπέκεινα διαβαίνει τῆς Σίδης, ὁ δὲ παραρρεῖ τῇ Ἀσπένδῳ. στενοχωρούμενος δὲ καὶ ἀπορῶν ὅ τι πράξειε, πρὸς τὸν Γαΐνην διεπρεσβεύετο. ὁ δὲ δυσχεραίνων ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσιν, οὔπω δὲ ἣν εἶχε περὶ τὴν ἐπανάστασιν γνώμην ἐμφαίνων, Λέοντα τὸν ὑποστρατηγοῦντα βοηθήσοντα τοῖς κατὰ Παμφυλίαν ἐξέπεμπεν, ἐπιθησόμενον τοῖς ἀμφὶ Τριβίγιλδον ἅμα Οὐαλεντίνῳ καὶ οὐ συγχωρήσοντα τοὺς ποταμοὺς διαβῆναι. ὁ δὲ ἀνειμένος ὢν φύσει καὶ τρυφῇ πάσῃ τὸν βίον ἐκδεδωκὼς ὅμως ἐποίει τὸ κελευόμενον. (17) ὁ δὲ Γαΐνης δεδιὼς μή ποτε πανταχόθεν ὁ Τριβίγιλδος πολιορκούμενος, οὐκ ἔχων ἀξιόμαχον δύναμιν, ἄρδην ἀπόλοιτο, τῶν συνόντων αὐτῷ βαρβάρων λόχους ἄλλους ἐπ' ἄλλοις ἔπεμπε τοῖς Ῥωμαϊκοῖς στρατοπέδοις, ὅπως αὐτά τε κατὰ βραχὺ διαφθείροιντο καὶ Τριβιγίλδῳ φυγῆς εὐρυχωρία δοθείη. συνέπιπτον τοίνυν οἱ παρὰ Γαΐνου δεδομένοι Λέοντι πρὸς βοήθειαν βάρβαροι Ῥωμαίων καὶ παντί, καὶ τὴν μὲν χώραν ἐλῄζοντο, τοὺς δὲ στρατιώτας ἀνῄρουν. καὶ οὐκ ἀνῆκαν ἅπαντα ἐπιόντες, ἕως ὅτε τὴν ὑπὸ Λέοντι

7 παραρρεῖ] διαρρεῖ libri. 10 frequentius dicit ἐκφαίνειν. *R.* 17 ἐπέπεμπε? 20 καὶ in P expuncta est, et forsan in τῷ mutanda. *S.*

Ratus hac ratione Tribigildus eo se liberatum periculo quod Valentinus ipsi creaverat, in alia prioribus non minora praeceps actus est. nam universi propemodum oppidorum incolae, correptis armis obviis, eum cum trecentis illis fugae sociis intra Melanem et Eurymedontem amnes concluserunt, quorum alter supra Sidam labitur, alter Aspendum interfluit. in artum coactus, et quid ageret nesciens, suos ad Gainam mittit. is permoleste quidem ferens ea quae accidissent, quod tamen necdum animi sui de rebellione sententiam aperiret, Leonem secundum ab se ducem mittit, qui Pamphyliis opem ferret, et cum Valentino Tribigildi copias adoriretur, nec amnes ab eis transiri permitteret. Leo, quamvis natura vecors et omni luxuriae deditus, tamen quod imperatum erat fecit. (17) Gainas autem veritus ne forte, dum Tribigildus ab omni parte oppugnatur, qui pares adversariis copias non haberet, ad internecionem deleretur, barbarorum, quos secum habebat, cohortes alias super alias in castra Romana mittit, ut ea paulatim absumerentur et commodum Tribigildus fugiendi spatium consequeretur. itaque barbari, quos Leoni Gainas in auxilium miserat, in quosvis Romanos irruunt, regionem depopulantur, milites interficiunt; nec omnia desinunt invadere, donec exercitum Leo-

σὺν αὐτῷ τῷ στρατηγῷ κατεδαπάνησαν δύναμιν καὶ πᾶσαν ὡς εἰπεῖν τὴν χώραν ἔρημον πεποιήκασιν, ὥστε καὶ τὸ τῷ Γαΐνῃ σπουδαζόμενον εἰς ἔργον ἐκβῆναι· διαφυγὼν γὰρ ἐκ τῆς Παμφυλίας ὁ Τριβίγιλδος χαλεπωτέρας τῶν προτέρων ταῖς ἐν Φρυγίᾳ πόλεσιν ἐπέθηκε συμφοράς. ὁ δὲ Γαΐνης ἐξαίρων εἰς ὕψος τὰ τούτου τῷ βασιλεῖ κατορθώματα, τοσοῦτον ἐνέθηκεν αὐτοῦ φόβον τῇ γερουσίᾳ καὶ τοῖς περὶ τὴν αὐλὴν ἅπασιν, ὥστε ἠπείλει καὶ τοῖς καθ' Ἑλλήσποντον αὐτὸν ἐπελεύσεσθαι τόποις καὶ ὅσον οὐδέπω πάντα ἄνω καὶ κάτω ποιήσειν, εἰ μὴ τὰ σπουδαζόμενα τῷ πολεμίῳ τῆς παρὰ τοῦ βασιλέως ἀξιωθείη προνοίας. ταῦτα δὲ ὁ Γαΐνης ἐμηχανᾶτο λανθάνειν τε αὐτὸν ἐθέλων ὅπως ἐφρόνει, καὶ διὰ τῶν εἰς Τριβίγιλδον ἀναφερομένων τοῖς αὐτῷ κατὰ νοῦν οὖσιν ἔργον ἐπιθεῖναι βουλόμενος· ἀπέκναιε γὰρ αὐτὸν οὐ τὸ παρορᾶσθαι τοσοῦτον ὅσον Εὐτρόπιος εἰς ἀκρότατον ἥκων ἤδη δυνάμεως, ὥστε καὶ εἰς ὑπάτους ἀναρρηθῆναι καὶ τῷ χρόνῳ φέρεσθαι τὴν τούτου προσηγορίαν καὶ τιμηθῆναι τῇ τῶν πατρικίων ἀξίᾳ. ταῦτα μάλιστα τὸν Γαΐνην ἐκίνησεν εἰς τὴν τῶν κοινῶν ἐπανάστασιν. παρασκευαζόμενος δὲ τῇ γνώμῃ πρὸς τοῦτο πρότερον Εὐτροπίῳ θάνατον ἔγνω βουλεῦσαι· καὶ κατὰ τὴν Φρυγίαν ἔτι διατρίβων ἐκπέμπει πρὸς βασιλέα λέγων ὡς ἀπειρήκοι τῇ περὶ τὰ πολέμια Τριβιγίλδου δεινότητι, καὶ ἄλλως οὐχ οἷόν τε φέρειν τὴν τούτου μανίαν οὐδὲ τὴν Ἀσίαν τῶν ἐπικειμένων αὐτῇ κινδύνων ἐλευθερωθῆναι, πλὴν εἰ μὴ ταῖς αἰτήσεσιν αὐτοῦ βασιλεὺς ἐνδοῦναι πεισθείη. τὰ δὲ τῶν αἰτήσεων εἶναι τὸν τῶν πάντων κακῶν αἰτιώ-

nis cum ipso duce prorsus absumpsissent, totamque propemodum regionem vastam et desertam reddidissent; quo factum ut, quod studiose Gainas expetebat, reapse contingeret. quippe cum e Pamphylia Tribigildus evasisset, graviores quam antea calamitates Phrygiae civitatibus intulit. Gainas autem mirifice principi facinora Tribigildi extollere tantumque metum illius senatui pariter et aulicis universis iniicere, ut etiam venturum ad Hellespontum diceret, tantumque non sursum deorsum acturum omnia, ni princeps hostis postulata respicere dignatus esset. haec autem arte Gainas agebat, qui principem ignorare vellet animi sui sententiam; et per ea quae in Tribigildum conferrentur animi sui cogitata perficere cuperet. non enim tantopere contemptus urebat hominem quantum Eutropius ad summum iam potentiae fastigium elatus, adeo quidem ut etiam inter consules designaretur, et annus nomen eius ferret, et patriciorum denique ipse dignitatem adeptus esset. haec maxime Gainam ad invadendam rem publicam permoverunt; quam ad rem cum animo iam paratus esset, prius Eutropio mortem moliri statuit. itaque cum adhuc in Phrygia degeret, mittit ad imperatorem qui diceret se iam propter insignem Tribigildi bellicis in rebus sollertiam animum despondisse, nec ceteroquin furorem huius sustineri posse vel Asiam ab urgentibus eam periculis liberari, nisi postulatis eius assentiri princeps animum induxisset. postulata vero haec erant, ut malorum omnium maximus auctor Eu-

τατον Εὐτρόπιον ἐκδοθῆναί οἱ πρὸς τὸ πράττειν εἰς αὐτὸν ὅ τι βούλοιτο. (18) *ταῦτα ὁ βασιλεὺς Ἀρκάδιος ἀκηκοὼς ἅμα τε εἰσκαλεῖ τὸν Εὐτρόπιον καὶ τῆς ἀξίας παραλύσας ἀφῆκεν. ὁ δὲ δρομαῖος ἐπὶ τὴν τῶν Χριστιανῶν ἐχώρησεν ἐκκλησίαν, ἔχουσαν ἐξ ἐκείνου τὸ ἄσυλον. ἐπεὶ δὲ πολὺς ἦν ὁ Γαΐνης οὐκ ἄλλως ἀνήσειν λέγων τὸν Τριβίγιλδον, εἰ μὴ Εὐτρόπιος ἐκποδὼν γένοιτο, καὶ παρὰ τὸν ἐπὶ τῷ ἀσύλῳ τῶν ἐκκλησιῶν τεθέντα νόμον ἐξαρπάσαντες αὐτὸν εἰς τὴν Κύπρον ἐκπέμπουσιν, ὑπὸ φυλακὴν ἀκριβῆ καταστήσαντες. ἐπικειμένου δὲ Γαΐνου καὶ πρὸς τὴν ἀναίρεσιν αὐτοῦ τὸν Ἀρκάδιον συνελαύνοντος, σοφιζόμενοι τὸν ὅρκον οἱ τὰ περὶ βασιλέα διατιθέντες ὃν ἔτυχεν Εὐτρόπιος εἰληφὼς ἡνίκα τῆς ἐκκλησίας ἐξείλκετο, μετάπεμπτον μὲν ἐκ τῆς Κύπρου ποιοῦνται, ὥσπερ δὲ ὀμωμοκότες ὄντι κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν αὐτῷ θάνατον μὴ ἐπάγειν, εἰς Χαλκηδόνα πέμψαντες ἀποσφάττουσιν. Εὐτροπίῳ μὲν οὖν ἡ τύχη κατ' ἀμφότερα παραλόγως ἐχρήσατο, πρὸς ὕψος ἄρασα τοσοῦτον ὅσον οὐδὲ εἷς πώποτε τῶν εὐνούχων ἀνεβιβάσθη, θάνατόν τε ἐπαγαγοῦσα διὰ τὸ μῖσος ὃ πρὸς αὐτὸν οἱ τῇ πολιτείᾳ πολεμοῦντες ἔλεγον ἔχειν.*

Ὁ δὲ Γαΐνης ἤδη πᾶσιν ὢν πρόδηλος ὡς εἰς νεωτερισμὸν φέρεται, λανθάνειν ὅμως ἐνόμιζε· καὶ Τριβιγίλδου γνώμης κύριος ὢν οἷα καὶ δυνάμει προέχων καὶ ἀξιώσει, τὸ τούτου πρόσωπον ὑποδυόμενος σπονδὰς πρὸς τὸν βασιλέα ποιεῖται, καὶ ὅρκους ὑπο-

5 οὐ καλῶς LP. 20 φέρηται vulgo.

tropius sibi dederetur, in quem ipse statueret quicquid vellet. (18) his auditis Arcadius et arcessit Eutropium et abrogata dignitate dimittit. Eutropius se cursu Christianorum ad ecclesiam confert, quae ab illo ius asyli habebat. quia vero Gainas instabat, Tribigildum aliter de suo quicquam remissurum impetu negans, nisi de medio tolleretur Eutropius, etiam contra legem, qua ius asyli sancitum est ecclesiis, hominem inde abreptum in Cyprum relegant, accuratae custodiae traditum. urgente vero Gaina et ad caedem eius Arcadium impellente, tandem illi qui res imperatoris administrabant, iusiurandum Eutropio praestitum, cum extraheretur ex ecclesia, per cavillationem eludentes, eum e Cypro revocant; quasique iurassent non se morte multaturos ipsum dum Cpoli esset, Chalcedonem missum interficiunt. et Eutropio quidem in utramque partem insolito fortuna modo quodam est usa. nam et tantum ad culmen eum evexit quantum nullus eunuchorum umquam attigit, et neci dedit propter odium, quo se illum persequi hostes rei publicae dicerent.

Ceterum Gainas, quem iam manifesto constaret universis ad res novas tendere, tamen id clam adhuc esse putabat. cumque sua in potestate Tribigildi animum haberet, quod potentia pariter et auctoritate praestaret, personam eius gerens pacem cum principe facit, ac praestitis ultro citroque sa-

σχὼν καὶ λαβὼν διὰ Φρυγίας ἀνέστρεψε καὶ Λυδίας. ἐφείπετο δὲ αὐτῷ καὶ ὁ Τριβίγιλδος, διὰ τῆς ἄνω Λυδίας ἄγων τοὺς ὑπ' αὐτῷ τεταγμένους, ὥστε μηδὲ θεάσασθαι τὰς Σάρδεις, ἣ τῆς Λυδίας ἐστὶ μητρόπολις. ἐπεὶ δὲ εἰς Θυάτειρα συνέμιξαν ἀλλήλοις, μετέμελε τῷ Τριβιγίλδῳ τὰς Σάρδεις ἀπορθήτους ἀφέντι ῥᾴδιον ὂν τὴν πόλιν ἑλεῖν πάσης ἔρημον οὖσαν ἐπικουρίας. ἀναστρέφειν οὖν ἔγνω σὺν τῷ Γαΐνῃ καὶ τὴν πόλιν κατὰ κράτος ἑλεῖν· κἂν εἰς ἔργον αὐτοῖς ἡ γνώμη προῆλθεν, εἰ μὴ γενόμενος ὄμβρος ἐξαίσιος, καὶ τήν τε γῆν ἐπικλύσας καὶ τοὺς ποταμοὺς καταστήσας ἀπόρους, ταύτην αὐτῶν ἐνέκοψε τὴν ὁρμήν. διελόμενοι δὲ τὴν ὁδὸν ἦγον τὰς δυνάμεις ὁ μὲν Γαΐνης ἐπὶ τὴν Βιθυνίαν, ἅτερος δὲ ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον, τὰ ἐν ποσὶ πάντα τοῖς ἑπομένοις σφίσι βαρβάροις ἐκδόντες εἰς ἁρπαγήν. ὡς δὲ ὁ μὲν τὴν Χαλκηδόνα κατέλαβεν ὁ δὲ τὰ περὶ τὴν Λάμψακον εἶχε, τὴν μὲν Κωνσταντινούπολιν καὶ αὐτὴν τὴν Ῥωμαίων ἐπικράτειαν ἔσχατος περιίστατο κίνδυνος, ὁ δὲ Γαΐνης αὐτὸν ᾔτει τὸν βασιλέα πρὸς ἑαυτὸν ἥκειν· οὐ γὰρ ἂν ἑτέρῳ παρὰ τοῦτόν τινι διαλέξασθαι. καὶ πρὸς τοῦτο δὴ τοῦ βασιλέως ἐνδόντος, ἐγίνετο μὲν ἡ σύνοδος ἐν
a. 400 τινι πρὸ τῆς Χαλκηδόνος τόπῳ, καθ' ὃν ὁσίας Εὐφημίας μαρτύριον ᾠκοδόμητο, τιμῆς διὰ τὴν περὶ τὸν Χριστὸν θρησκείαν ἀξιωθείσης, ἐδόκει τε τὸν Γαΐνην καὶ Τριβίγιλδον ἀπὸ τῆς Ἀσίας ἐπὶ τὴν Εὐρώπην περαιωθῆναι, κομιζομένους ἐκδότους ἐπὶ θανάτῳ τοὺς ἐξέχοντας τοῦ πολιτεύματος ἄνδρας· οὗτοι δὲ ἦσαν Αὐρη-

3 αὐτῷ S, αὐτῶν LP. 10 αὐτῶν S: libri αὐτῷ.

cramentis per Phrygiam Lydiamque revertitur. eum Tribigildus a tergo sequitur, milites suos per Lydiam superiorem ita ducens, ut Sardes ne intueretur quidem, quae Lydiae metropolis est. posteaquam ad urbem Thyatira se coniunxissent, Tribigildum paenitebat Sardes ab se non fuisse datas excidio, qui urbem ab omni destitutam auxilio perfacile capere potuisset. itaque cum Gaina reverti statuit et urbem vi expugnare. hoc decretum reapse fuerant exsecuturi, nisi delapsa ingens pluvia terram inundasset, fluminaque tantopere auxisset ut transiri non possent. quo factum ut hic ipsorum interrumperetur impetus. diviso hinc itinere copias ductitant, Gainas in Bithyniam, alter versus Hellespontum, rebus omnibus, quae semet offerrent, barbarorum comitantium direptioni concessis. posteaquam ille Chalcedonem pervenerat, hic Lampsaco finitima tenebat, extremo in periculo tum Cpolis tum ipsum imperium Romanum versabatur. Gainas postulare ut se princeps ipse conveniret: nec enim se cum alio quoquam praeter ipsum collocuturum. cum princeps in hoc quoque fuisset assensus, coitum est in quodam ante Chalcedonem loco, ubi Euphemiae religiosae martyris aedes exstructa stabat; quae propter cultum Christo praestitum honore afficitur. placuit Gainam et Tribigildum ex Asia in Europam transvehi, eisque ad mortem viros in re publica eminentissimos dedi. hi erant Aurelianus, qui eius anni consu-

